NOT TO BE ISSUED
OUT OF THE LIBRARY.

00049837

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

THEORIA MOTUUM PLANETARUM ET COMETARUM.

CONTINENS

METHODUM FACILEM EX ALIQUOT OBSERVATIONIBUS ORBITAS CUM PLANETARUM TUM COMETARUM DETERMINANDI.

UNA CUM CALCULO, QUO COMETÆ, QUI ANNIS 1680. ET 1681. ITEMQUE EJUS, QUI NUPER EST VISUS, MOTUS VERUS INVESTIGATUR.

AUCTORE LEONHARDO EULERO.

Literary Society of Bombay
49837



Berolini Sumtibus AMBROSII HAUDE.
Bibliop. Reg. & Acad. Scient. privilegiati.

00049837

De Motu planetarum & cometarum circa ſolem motorum.

I.

Si leges motus, quas planetæ primarii atque cometæ in curſu ſuo circa ſolem obſervant, conſulamus, non ſolum ellipſes, ſed etiam omnis generis ſectiones conicæ orbitas cometarum repræſentare poſſunt. Neque enim aliud diſcrimen inter planetas & cometas intercedit, niſi orbitæ figura, quæ ſi fuerit ellipſis non multum a circulo recedens, ſidus in ea motum planetæ nomen obtinuit, ſin autem orbita vehementer a circulo abhorreat, ſive ſit ellipſis admodum oblonga, ſive parabola, ſive adeo hyperbola, ejusmodi ſidera cometæ appellantur. Utrique autem, planetæ ſcilicet & cometæ, in curſu ſuo easdem ſequi leges motus merito ſtatuuntur, ſecundum quas tempora, quibus data ſpatia in orbitis ſuis abſolvunt, ſint in ratione compoſita arearum circum ſolem deſcriptarum directa, & reciproca ſubdu-

 plicata

plicata laterum rectorum, ſeu ut vocari alias ſolent, parametrorum orbitarum: Sol autem in altero foco cujusque orbitæ fixus æſtimatur. Ex hac autem lege non ſolum planetarum cometarumve motus in orbibus ſive ellipticis ſive parabolicis ſive hyperbolicis definiri, ſed etiam hæ ipſæ orbitæ per obſervationes aliquot determinari poſſunt.

2. Ex iſto etiam fonte derivatæ ſunt tabulæ aſtronomicæ motuum planetarum, ope quarum ex dato tempore ſeu anomalia media inveniri ſolet anomalia vera ſeu coæquata, & viciſſim; quæ methodus vero tantum ad orbitas ellipticas circulo vicinas eſt accommodata. Quare ſi eandem theoriam in ſenſu latiſſimo ſtabilire atque ad motus etiam cometarum, qui in hyperbolis incedant, transferre velimus, ab inſtituto hoc conſueto, quo relatio inter anomaliam veram & mediam definiri ſolet, recedere, alioque modo curſum ad calculum revocare oportebit. Primum enim incommodum methodi receptæ in hoc conſiſtit, quod anomaliæ ab aphelio computentur: aphelium autem ſolæ orbitæ ellipticæ admittunt, parabolicæ autem & hyperbolicæ eo penitus carent. Quamobrem huic incommodo medela afferetur, anomalias a perihelio, quod in omnis generis orbitas æque competit, computando. Deinde etiam anomalia media uti non licebit, quod a tempore periodico pendeat, orbitæ autem parabolicæ & hyperbolicæ tempore periodico deſtituantur. Loco anomaliæ mediæ igitur ipſum tempus a momento, quo ſidus in perihelio verſatur, computatum adhibebo; anomalia vera autem erit diſtantia ſideris heliocentrica a perihelio. His

igitur

igitur præmiſſis ſequentia problemata evolvam, ex quibus natura motuum coeleſtium cum theoretice cognosci, tum etiam uſus in praxi dilucide perſpici poterit.

Problema I.

3. Data area, quam planeta vel cometa dato tempore circa ſolem deſcripſit, invenire latus rectum orbitæ.

Solutio.

Quoniam hic quantitates diverſi generis, areæ ſcilicet & tempora inter ſe conferuntur, utrumque genus ſecundum certam conſtantemque menſuram exprimi debebit. Poſita igitur diſtantia Solis a terra media $=$ 100000, in ejusmodi unitatibus cunctas magnitudines exprimemus; atque adeo latus rectum orbitæ, quod quærimus, ex hac unitate definiri oportet. Aream autem circa ſolem deſcriptam per eandem menſuram in ejusmodi partibus quadratis, quarum 100000 ſemiaxem orbis magni conſtituunt, exhiberi pono. Sit igitur A area, quam planeta cometave circa ſolem deſcripſit, ad menſuram aſſumtam revocata; atque b denotet ſemiſſem lateris recti, ſeu applicatam ad axem transverſum in foco normalem, in eadem menſura definiendam. Tempus denique poſthac perpetuo exprimamus in diebus naturalibus temporis medii, & fractionibus diei decimalibus: ſitque tempus propoſitum, quo area A circa ſolem confecta perhibetur, $=$ T diebus; hoc igitur modo quantitates A, b, & T, quarum in hoc problemate mentio fit, ad numeros abſolutos reducentur. Cum igitur ex natura motus corporum coeleſtium circa ſolem motorum ſit tempus

T proportionale areæ A diviſæ per $\sqrt{b}$, fiet $\frac{A}{T\sqrt{b}}$ = numero cuidam conſtanti, qui ſit = m; ita ut ſit $T = \frac{A}{m\sqrt{b}}$ ſeu $\sqrt{b} = \frac{A}{mT}$, & $b = \frac{AA}{mmTT}$; dummodo ergo iſte numerus m fuerit cognitus, problema erit reſolutum, eo quod ſemilatus rectum b reperitur expreſſum in ejuſmodi partibus, quarum 100000 diſtantiam ſolis a terra mediam conficiunt. Ad numerum itaque m definiendum caſum jam cognitum evolvamus. Cum ſcilicet conſtet, terram circa ſolem in orbita ſua circumferri tempore anni ſiderei ſeu $365^d, 6^h, 8', 30''$; ſi ponamus T = 365, 256, & A = areæ totius orbitæ terreſtris & b = ſemilateri recto orbitæ terræ, dabit fractio $\frac{A}{T\sqrt{b}}$ verum valorem numeri m. Sit ergo ſemiaxis tranſverſus orbitæ terræ = c, quem ſumſimus = 100000, erit ſemiaxis conjugatus = $\sqrt{bc}$. Denotet 1 : π rationem diametri ad peripheriam, ita ut ſit π = 3, 14159265; erit area circuli radio c deſcripti = πcc, quæ erit ad aream orbitæ terræ ut c ad $\sqrt{bc}$, unde fit area orbitæ terreſtris $A = \pi c \sqrt{bc}$, ideoque $m = \frac{A}{T\sqrt{b}} = \frac{\pi c\sqrt{c}}{T}$ ſeu numerus m dabitur per numeros cognitos π = 3, 14159265; c = 100000, & T = 365, 256. Hinc per logarithmos valor numeri m reperietur:

$l\,\pi$	=	0, 4971498727
$lc\sqrt{c}$	=	7, 5000000000
		7, 9971498727
ſubtr. lT	=	2, 5625973588
erit $l\,m$	=	5, 4345525139
ideoque m	=	271989, 735

Inven-



J. H. Friſch ſc. Berol.

Invento ergo numero $m = 271989,735$, erit orbitæ cujuscunque circa ſolem deſcriptæ latus rectum $2b = \frac{2AA}{mmTT}$. Q. E. J.

Coroll. 1.

4. Si igitur cognita fuerit area, quam cometa dato tempore circa ſolem conficit, hinc latus rectum orbitæ, in qua movetur cometa, reperitur ita, ut ejus ratio ad diſtantiam Solis a terra mediam exhibeatur.

Coroll. 2.

5. Sin autem latus rectum orbitæ, quod ſumimus $= 2b$ jam fuerit cognitum, tempus aſſignari poterit, quo data orbitæ area circa ſolem abſolvitur. Sit enim area hæc deſcripta $= A$ erit tempus $T = \frac{A}{m\sqrt{b}}$ dier: ſiquidem, quod ubique eſt tenendum, longitudines in ejusmodi partibus exprimantur, quarum 100000 ſemiaxem transverſum orbis magni conſtituunt, & ſit $m = 271989,735$.

Coroll. 3.

6. Viciſſim ergo ex dato latere recto orbitæ $2b$ area aſſignari poteſt, quam planeta vel cometa dato tempore T circa ſolem deſcribit: tempore enim T in diebus expreſſo erit area deſcripta $A = mT\sqrt{b}$.

Problema II.

7. Datis ſectionis conicæ ABM diſtantia verticis a foco AS una cum latere recto, cujus ſemiſſis eſt BS, invenire Fig. 1.

 rela-

relationem, quæ inter diſtantiam cujusvis puncti M a foco S & anomaliam veram ſeu angulum ASM intercedit.

Solutio.

Sit diſtantia verticis a foco AS, ſeu pro orbitis planetarum cometarumve diſtantia perihelii A à ſole S nempe $AS = a$, & ſemiſſis lateris recti, nempe applicata $BS = b$. Dabit ergo recta AS producta axem ſectionis conicæ, ad quem ex puncto M demittatur perpendiculum MP; erit ex natura ſectionum conicarum diſtantia $MS = a + \frac{(b-a)}{a}.AP$. Cum autem ſit $AP = a + PS$; ſi ponatur diſtantia $MS = y$ & angulus ſeu anomalia vera $ASM = v$, erit poſito ſinu toto $= 1$, $\operatorname{coſ} v = \frac{-PS}{MS} = \frac{-PS}{y}$, ideoque $PS = -y \operatorname{coſ} v$, & $AP = a - y \operatorname{coſ} v$. Hoc ergo valore ſubſtituto fiet $MS = y = a + \frac{(b-a)}{a}(a - y \operatorname{coſ} v) = b - \frac{(b-a) y \operatorname{coſ} v}{a}$. Hinc igitur prodit $\operatorname{coſ} v = \frac{a(b-y)}{y(b-a)}$ & $y = \frac{a \cdot b}{a + (b-a) \operatorname{coſ} v}$. Ex data ergo anomalia vera v reperitur diſtantia planetæ ſeu cometæ a ſole y; & viciſſim ex cognita hac diſtantia definitur anomalia vera. Q. E. J.

Coroll. 1.

8. Si anomalia vera ASM evaneſcit, fitque $v = 0$, erit $\operatorname{coſ} v = 1$. hocque caſu prodit diſtantia a ſole $y = a$; nempe puncto M in A incidente fit MS $(y) =$ AS (a). Simili modo ſi anomalia vera $ASM = v$ fiat angulus rectus, erit

coſ v

$\cos v = o$, & fiet $y = b$; id quod perſpicuum eſt, quoniam punctum M in B incidit.

Coroll. 2.

9. Quod ſi ponamus $v = 180°$, exhibebit y diſtantiam aphelii a ſole; erit autem ob $\cos v = -1$, hæc diſtantia $= \frac{ab}{2a-b}$; ad quam ſi addatur diſtantia perihelii a ſole $= a$ prodibit axis transverſus orbitæ $= \frac{2aa}{2a-b}$; & ſemiaxis transverſus $= \frac{aa}{2a-b}$, unde diſtantia foci a centro orbitæ erit $= \frac{a(b-a)}{2a-b}$; & excentricitas $= \frac{b-a}{a}$.

Coroll. 3.

10. Si igitur fuerit $b = a$, ſectio conica erit circulus, centrum in S & radium AS $= a$ habens. Sin autem ſit $b > a$, curva erit ellipſis, quoad b fiat $= 2a$, quo caſu curva abit in parabolam ob axem transverſum $\frac{2aa}{2a-b}$ infinitum. At ſi fiat $b > 2a$, tum axis transverſus fit negativus, quo indicatur, curvam eſſe hyperbolam.

Coroll. 4.

11. Si fuerit $b < a$, curva ſemper erit ellipſis, ſed punctum A erit vertex a foco S remotior, ideoque aphelium repræſentabit; punctum ergo orbitæ e diametro oppoſitum

 erit

erit perihelium, cujus a foco S diſtantia erit $= \frac{ab}{2a-b}$, quæ minor eſt quam a ſi fuerit $b < a$.

Problema III.

Fig. 2. 12. Si dentur duæ cometæ planetæve a ſole diſtantiæ FS & GS una cum angulo FSG intercepto; atque inſuper cognitum ſit latus rectum orbitæ; determinare ipſam orbitam AFG.

Solutio.

Sit ſemilatus rectum $= b$, ac ponatur diſtantia FS $= f$ GS $= g$, atque angulus FSG $= \Phi$; quæ ſunt data: ex quæſitis autem ſit diſtantia perihelii a ſole AS $= a$, & anomalia ſeu angulus ASF $= v$; erit angulus ASG $= v + \Phi$. His poſitis problema præcedens duas nobis ſuppeditabit æquationes; SF $= f = \frac{ab}{a + (b-a) \operatorname{cof} v}$ & SG $= g = \frac{ab}{a + (b-a) \operatorname{cof}(v+\Phi)}$, ex quibus pro a duplex oritur valor $a = \frac{bf \operatorname{cof} v}{b - f + f \operatorname{cof} v} = \frac{bg \operatorname{cof}(v+\Phi)}{b - g + g \operatorname{cof}(v+\Phi)}$; qui inter ſe æquati dant $(b-g) f \operatorname{cof} v = (b-f) g \operatorname{cof}(v+\Phi) = (b-f) g (\operatorname{cof} v . \operatorname{cof} \Phi - \operatorname{fin} v . \operatorname{fin} \Phi)$, ideoque $\frac{(b-g)f}{(b-f)g} = \operatorname{cof} \Phi - \operatorname{tang} v . \operatorname{fin} \Phi$, ex qua æquatione determinabitur anomalia v per quantitates mere cognitas, ſcilicet tang $v = \cot \Phi -$

$(b-g)$

$\frac{(b-g)f}{(b-f)g\,\mathrm{ſin}\,\phi}$ ſeu tang $v = \frac{(b-f)g\,\mathrm{coſ}\,\phi-(b-g)f}{(b-f)g\,\mathrm{ſin}\,\phi}$. Invento autem angulo ASF $= v$, diſtantia perihelii a ſole erit AS $= a = \frac{bf\,\mathrm{coſ}\,v}{b-f+f\,\mathrm{coſ}\,v}$. Ex datis vero AS $= a$ & ſemilatere recto $= b$ orbita AFG definitur per probl. præc. Q. E. J.

Coroll. 1.

13. Si igitur detur area FSG una cum tempore, quo planeta ſeu cometa ſpatium FG percurrit, per problema primum reperitur latus rectum, ac proinde ex hoc problemate definietur ipſa orbita AFG.

Coroll. 2.

14. Primo ſcilicet ex datis ſemilatere recto b & diſtantiis FS $= f$, GS $= g$ una cum angulo FSG $= \phi$ cognoscetur poſitio axis AS ex angulo ASF $= v$, cum ſit tang $v = \mathrm{cot}\,\phi - \frac{(b-g)f}{(b-f)g\,\mathrm{ſin}\,\phi}$; & cognito angulo v erit AS $= a = \frac{bf\,\mathrm{coſ}\,v}{b-f+f\,\mathrm{coſ}\,v}$.

Coroll. 3.

15. Ex natura autem ſectionum conicarum patet, ſi fuerit A orbitæ perihelium, rectarum FS & GS illam, quæ ſit brevior, propiorem eſſe perihelio A; Quare cum ſæpenumero incertum ſit, utra rectarum FS & GS deſignari debeat littera f, breviorem ſemper hac littera inſigniri conveniet.

Coroll. 4.

16. Si tangens anomaliæ v prodeat negativa, indicio hcc erit vel angulum ASF eſſe recto majorem (duobus tamen

 rectis

rectis minorem) vel eſſe negativum, atque perihelium A intra loca F & G cadere. Cum igitur poſitio perihelii A ſit anceps, & in duo loca, e diametro oppoſita incidat, ea erit vera, quæ breviori diſtantiæ f erit propior, altera vero poſitio dabit aphelium.

Problema IV.

Fig. 3. 17. Data orbita planetæ ſeu cometæ AM, invenire tempus, quo anomalia vera quævis ASM abſolvitur.

Solutio.

Sit diſtantia perihelii a ſole AS $= a$, ſemilatus rectum $= b$; & anomalia vera propoſita ASM $= v$, atque diſtantia SM $= y$, erit $y = \frac{ab}{a+(b-a)\,\mathrm{coſ}\,v}$, ſeu $\mathrm{coſ}\,v = \frac{a(b-y)}{y(b-a)}$. Sit inſuper area ASM $=$ A; erit per probl. 1. tempus quæſitum, quo planeta vel cometa ſpatium AM conficit $= \frac{A}{m\sqrt{b}}$ dierum. Quare ad tempus hoc definiendum aream ASM definiri oportet. Capiatur elementum Mm, & ducta Sm erit angulus MSm $= dv$, ideoque area trianguli MSm $= \frac{1}{2}yydv$, quæ cum ſit differentiale areæ ASM $=$ A, erit $dA = \frac{1}{2}yydv$, hincque $A = \frac{1}{2}\int yydv$, & ſi loco y ejus valor in v ſubſtituatur, erit $A = \frac{1}{2}\int \frac{aabbdv}{(a+(b-a)\,\mathrm{coſ}\,v)^2}$, quæ formula ut integrari queat, ponatur tang $\frac{1}{2}$ ASM $=$ tang $\frac{1}{2}v = t$, erit $dv = \frac{2dt}{1+tt}$; & $\mathrm{coſ}\,v = \frac{1-tt}{1+tt}$, his ſubſtitutis fit $A =$

ſaa

$\int \frac{aabbdt(1+tt)}{(b+(2a-b)tt)^2}$. Sit $A = \frac{\alpha t}{b+(2a-b)tt} + \beta \int \frac{dt}{b+(2a-b)tt}$, atque comparatione inſtituta erit $\alpha + \beta = aab$, & $\beta - \alpha = \frac{aabb}{2a-b}$ hincque $\alpha = -\frac{aab(b-a)}{2a-b}$ & $\beta = \frac{a^3 b}{2a-b}$, ex quibus colligitur area $A = \frac{a^3 b}{(2a-b)} \int \frac{dt}{b+(2a-b)tt} - \frac{aab(b-a)t}{(2a-b)(b+(2a-b)tt)}$. Hujus integralis conſtituendi ſunt quatuor caſus, quorum primus eſt:

I. Si $b = a$, quo curva fit circulus; hic caſus promtiſſime ex prima formula reſolvitur, qui dat $A = \frac{1}{2} \int aadv = \frac{1}{2} aav$; vel ſi hoc integrale per t expreſſum deſideretur ob $v = 2$ A tang. t, fiet area $A = aa$ A tang. t.

II. Sit $b > a$ ita tamen ut ſit $b < 2a$, quo caſu orbita erit ellipſis, ſitque ut vidimus $A = \frac{a^3 b}{2a-b} \int \frac{dt}{b+(2a-b)tt} - \frac{aab(b-a)t}{(2a-b)(b+(2a-b)tt)}$. Eſt vero $\int \frac{dt}{b+(2a-b)tt} = \frac{1}{\sqrt{b(2a-b)}}$ A tang $t \sqrt{\frac{2a-b}{b}} = \frac{1}{\sqrt{b(2a-b)}}$ A ſin $\frac{t\sqrt{(2a-b)}}{\sqrt{(b+(2a-b)tt}}, = \frac{1}{\sqrt{b(2a-b)}}$ A coſ $\frac{\sqrt{b}}{\sqrt{(b+(2a-b)tt)}}$

Hinc fit $\int \frac{dt}{b+(2a-b)tt} = \frac{1}{2\sqrt{b(2a-b)}}$ A ſin $\frac{2t\sqrt{b(2a-b)}}{b+(2a-b)tt}$ ſequentes ergo prodibunt expreſſiones aream A exhibentes

A =

$$A = \frac{a^3 \sqrt{b}}{(2a-b)\sqrt{(2a-b)}} \text{ A tang } t\sqrt{\frac{2a-b}{b}} - \frac{aab(b-a)t}{(2a-b)(b+(2a-b)tt)}.$$

$$\text{vel } A = \frac{a^3 \sqrt{b}}{2(2a-b)\sqrt{(2a-b)}} \text{ A ſin } \frac{2t\sqrt{b(2a-b)}}{b+(2a-b)tt} - \frac{aa(b-a)\sqrt{b}}{2(2a-b)\sqrt{(2a-b)}}.$$

$$\frac{2t\sqrt{b(2a-b)}}{b+(2a-b)tt} \text{ ſeu } A = \frac{a^3 \sqrt{b}}{2(2a-b)\sqrt{(2a-b)}} \left(\text{A ſin } \frac{2t\sqrt{b(2a-b)}}{b+(2a-b)tt} - \frac{(b-a)}{a} \cdot \frac{2t\sqrt{b(2a-b)}}{b+(2a-b)tt}\right)$$

III. Sit $b = 2a$, erit orbita parabola, atque erit ex priori æquatione $A = \int aadt(1+tt) = aa(t+\frac{1}{3}t^3)$, qui eſt unicus caſus, quo area algebraice poteſt exhiberi.

IV. Sit $b > 2a$ erit orbita hyperbolica, fietque $A = \frac{aab(b-a)t}{(b-2a)(b-(b-2a)tt)} - \frac{a^3 b}{b-2a} \int \frac{dt}{b-(b-2a)tt}$. At hæc integratio a logarithmis pendet, fitque $\int \frac{dt}{b-(b-2a)tt} = \frac{1}{2\sqrt{b(b-2a)}}$ $l \frac{\sqrt{b}+t\sqrt{(b-2a)}}{\sqrt{b}-t\sqrt{(b-2a)}}$. Ex his ergo reperitur area quæſita $A = \frac{aab(b-a)t}{(b-2a)(b-(b-2a)tt)} - \frac{a^3 \sqrt{b}}{2(b-2a)\sqrt{(b-2a)}}\, l \frac{\sqrt{b}+t\sqrt{(b-2a)}}{\sqrt{b}-t\sqrt{(b-2a)}}$ ſive

$$A = \frac{a^3 \sqrt{b}}{2(b-2a)\sqrt{(b-2a)}}\left(\frac{b-a}{a} \cdot \frac{2t\sqrt{b(b-2a)}}{b-(b-2a)tt} - l\frac{\sqrt{b}+t\sqrt{(b-2a)}}{\sqrt{b}-t\sqrt{(b-2a)}}\right)$$

His igitur ſingulis caſibus ſi reperta fuerit area $ASM = A$, erit tempus, quo ea abſolvitur $= \frac{A}{m\sqrt{b}}$, quæ expreſſio tempus in diebus exhibebit, ſi fuerit $m = 271989,735$ & A & b ea menſura definiantur, quam indicavi. Q. E. J.

Coroll.

Corol. 1.

18. Si ergo orbita fuerit circulus, erit tempus, quo angulus ASM $= v$ abſolvetur $= \frac{av\sqrt{a}}{2m}$ ob $b = a$: quod quidem ex motu uniformi ſponte liquet. Ceterum quia in circulo perihelium non datur, anomaliæ veræ nomen improprie adhibetur.

Coroll. 2.

19. Si orbita fuerit ellipſis, quo area A commodius exprimatur, quæratur angulus ω, ut ſit tang. $\frac{1}{2}\omega = \frac{\sqrt{(2a-b)}}{\sqrt{b}}$ tang. $\frac{1}{2}v = \frac{t\sqrt{(2a-b)}}{\sqrt{b}}$. Angulo autem hoc ω invento, erit area A $= \frac{a^3\sqrt{b}}{2(2a-b)^{\frac{3}{2}}}\left(\omega - \frac{(b-a)}{a}\text{ſin }\omega\right)$, ideoque tempus per AM $= \frac{a^3}{2m(2a-b)^{\frac{3}{2}}}\left(\omega - \frac{(b-a)}{a}\text{ ſin }\omega\right)$.

Coroll. 3.

20. Si orbita fuerit hyperbola, quæratur pariter angulus ω, ut ſit tang $\frac{1}{2}\omega = \frac{\sqrt{(b-2a)}}{\sqrt{b}}$ tang $\frac{1}{2}v$, ſeu $t = \frac{\sqrt{b}}{\sqrt{(b-2a)}}$ tang $\frac{1}{2}\omega$. Quo angulo ω invento erit area ASM $=$ A $=$ $\frac{a^3\sqrt{b}}{2(b-2a)^{\frac{3}{2}}}\left(\frac{(b-a)}{a}\text{ tang }\omega - l\text{ tang }(45° + \tfrac{1}{2}\omega)\right)$, hincque tempus per arcum AM erit $= \frac{a^3}{2m(b-2a)^{\frac{3}{2}}}\left(\frac{(b-a)}{a}\text{tang}\,\omega - l\text{ tang. }(45° + \tfrac{1}{2}\omega)\right)$

Coroll. 4.

21. Cum autem hic logarithmus tangentis anguli $45° + \frac{1}{2}\omega$ per integrationem ſit inventus, perſpicuum eſt, eum ex canone logarithmorum hyperbolicorum eſſe depromendum, poſito ſinu toto $= 1$. Hujusmodi vero canone deficiente, ſumatur ex tabulis vulgaribus logarithmus tang $(45° + \frac{1}{2}\omega)$, & ſubtracto 10 ab ejus characteriſta, reſiduum, multiplicetur per numerum 2, 302585092994, atque productum erit log. hyperb. tang $(45° + \frac{1}{2}\omega)$; ubi notari convenit, hujus numeri 2, 30258509 &c. logarithmum eſſe $=$ 0, 3622156886.

Scholion 1.

22. Eadem expreſſio logarithmica l tang $(45° + \frac{1}{2}\omega)$ reperitur in hydrographia, ſi quæratur in mappa Nautica ad mentem Mercatoris conſtruenda latitudo creſcens reſpondens latitudini ω in ſuperficie terræ. Quare ex tabulis nauticis, quibus latitudines creſcentes (Gall. les latitudes croiſſantes) ad ſingulos gradus exhiberi ſolent, hi valores l tang $(45° + \omega)$ ſumi poterunt. Interim tamen ſine his tabulis calculus ſatis expedite inſtituetur hoc modo. Sit id quod quæritur nempe l tang $(45° + \frac{1}{2}\omega) = x$. Tum in tabulis logarithmorum tangentium conſuetis quæratur log. tang $(45° + \frac{1}{2}\omega)$, a quo auferatur log. tang 45° ſeu 10, 00000, reſiduum ponatur $= R$, eritque $x = 2, 302585092994. R$, ideoque ſumendis logarithmis erit $lx = lR + 0, 3622156886$; unde ope tabulæ logarithmorum ſolitorum facile valor ipſius $x = l$ tang $(45° + \frac{1}{2}\omega)$ reperitur. Sit exempli gratia angulus $\omega = 37°, 22', 40''$. erit $\frac{1}{2}\omega =$

18°,

$18^{\circ}, 41', 20''$ & $45^{\circ} + \frac{1}{2}\omega = 63^{\circ}, 41', 20''$. Tum ex tabulis erit.

l tang $(45^{\circ} + \frac{1}{2}\omega)$	=	10, 3058582068
ſubtr. l tang 45°	=	10, 0000000000
erit R	=	0, 3058582068
ideoque lR	=	9, 4855201380
addatur	=	0, 3622156886
erit lx	=	9, 8477358266
unde obtinetur x	=	0, 7042645474

Scholion. 2.

23. Circa tempus in ellipſi aſſignandum notari oportet arcum ſeu angulum ω non more ſolito in gradibus & minutis, ſed in partibus radii, qui ponitur $= 1$, exprimi debere. Scilicet ſi ω eſſet 180°, tum pro ω ſubſtitui deberet longitudo ſemiperipheriæ 3, 1415926535. Hinc igitur valor cujusvis anguli ω in partibus decimalibus radii 1 exprimi poterit; convertatur arcus ω in minuta ſecunda, ſitque $\omega = n''$, atque manifeſtum eſt, hanc inſtitui debere proportionem ob $180^{\circ} = 648000''$, ut ſit $648000 : 3, 1415926535 = n :$ valorem ω, eritque ideo

$$\text{valor } \omega = \frac{3,\ 1415926535}{648000}\, n.$$

Cum

ergo ſit l 648000	=	5, 8115750059
ſubtr, l 3, 14159 &c.	=	0, 4971498727
a log. n ſubtrahatur	– – –	5, 3144251332

& reſiduum erit logarithmus ipſius ω in partibus decimalibus radii expreſſi. Vel ad logarithmum numeri n addatur conſtanter 4, 6855748668, eritque ſumma, poſtquam ejus characteriſtica fuerit denario minuta, logarithmus valoris quæſiti anguli ω.

Problema V.

Fig. 2. 24. Datis duabus a Sole diſtantiis FS & GS una cum angulo ad ſolem FSG, ac præterea tempore, quo planeta vel cometa ſpatium FG abſolvit, invenire latus rectum orbitæ, hincque ipſam orbitam determinare, ſiquidem angulus FSG fuerit minimus.

Solutio.

Sit diſtantia FS $= f$, & GS $= g$, atque angulus FSG $= \phi$ qui cum ponatur minimus, portio ſectionis conicæ FG non ſenſibiliter a linea recta diſcrepabit, erit ergo area FSG proxime triangulum rectilineum, hincque ejus area $= \frac{1}{2} fg \sin \phi$. Ob curvaturam autem arcus FG hæc area erit aliquanto major, ideoque ea propius definietur hac expreſſione $\frac{1}{2} fg \phi$, quippe quæ, ſi orbita fuerit circulus, adeo veram aream præbet. Accuratius tamen hæc area ita aſſignabitur; ſit FS $= y$, GS $= z$, & angulus ASF $= v$; tum autem ponatur area ASF $=$ F & area ASG $=$ G; erit ob ASG $= v + \phi$; area F $= \frac{1}{2} \int yy\,dv$ & G $= \frac{1}{2} \int zz\,dv$. Sit diſtantia perihelii a ſole AS $= a$, & ſemilatus rectum $= b$; erit $y = \frac{ab}{a + (b-a) \operatorname{cof} v}$ & $z = \frac{ab}{a + (b-a) \operatorname{cof} (v + \phi)}$, hinc fit $dy = \frac{ab(b-a)\,dv \operatorname{ſin} v}{(a + (b-a) \operatorname{coſ} v)^2} = \frac{(b-a) yy\,dv \operatorname{ſin} v}{ab}$, ideoque $\frac{dy}{dv} = \frac{(b-a) yy \operatorname{ſin} v}{ab}$. Cum nunc ex y naſcatur z, ſi loco v ſcribatur $v + \phi$, erit $z = y + \frac{\phi\,dy}{dv} + \frac{\phi^2\,ddy}{2\,dv^2} +$

$\phi^3 d^3 y$

$\frac{\phi^3 d^3 y}{6 dv^3}$ + &c. poſito dv conſtante. Cum autem ſimili modo ex area F naſcatur area G, ſi loco v ſcribatur $v + \phi$ erit G $= F + \frac{\phi dF}{dv} + \frac{\phi^2 ddF}{2dv^2} + \frac{\phi^3 d^3 F}{6 dv^3}$ + &c. ideoque area quæſita FSG $= G - F = \frac{\phi dF}{dv} + \frac{\phi^2 ddF}{2dv^2} + \frac{\phi^3 d^3 F}{6dv^3}$ + &c. & ob $F = \frac{1}{2} \int yy dv$ erit $\frac{dF}{dv} = \frac{1}{2} yy$; hincque porro $\frac{ddF}{dv^2} = \frac{ydy}{dv}$; $\frac{d^3 F}{dv^3} = \frac{yddy + dy^2}{dv^2}$; $\frac{d^4 F}{dv^4} = \frac{yd^3y + 3dyddy}{dv^3}$; $\frac{d^5 F}{dv^5} = \frac{yd^4y + 4dyd^3y + 3ddy^2}{dv^4}$, &c. Hinc ergo prodit $G - F = \frac{1}{2} yy\phi + \frac{\phi^2 ydy}{2dv} + \frac{\phi^3 (yddy + dy^2)}{6 dv^2} + \frac{\phi^4 (yd^3y + 3dyddy)}{24 dv^3}$ + &c. at eſt $\frac{1}{2} yz\phi = \frac{1}{2} yy\phi + \frac{\phi\phi ydy}{2dv} + \frac{\phi^3 yddy}{4dv^2} + \frac{\phi^4 yd^3y}{12dv^3}$ + &c. Quo ipſius $\frac{1}{2} yz\phi$ valore ſubtracto remanebit $G - F = \frac{1}{2}\phi yz + \frac{\phi^3 (2dy^2 - yddy)}{12dv^2} + \frac{\phi^4 (3dyddy - yd^3y)}{24dv^3} + \frac{\phi^5 (6ddy^2 + 8dyd^3y - 3yd^4y)}{240 dv^4}$ + &c. Quare cum ſit $\frac{dy}{dv} = \frac{(b-a)yy\cos v}{ab}$; erit $\frac{ddy}{dv^2} = \frac{(b-a)yy\cos v}{ab}$ +

 2(b−a)

$$\frac{2(b-a)\,y\,dy\,\mathrm{ſin}\,v}{ab\,dv} = \frac{(b-a)\,y.y\,\mathrm{coſ}\,v}{ab} + \frac{2(b-a)^2 y^3 (\mathrm{ſin}\,v)^2}{a^2 b^2};$$

$$\frac{d^3 y}{dv^3} = \frac{-(b-a)\,y\,y\,\mathrm{ſin}\,v}{ab} + \frac{6(b-a)^2 y^3\,\mathrm{ſin}\,v\,\mathrm{coſ}\,v}{a^2 b^2} + \frac{6(b-a)^3 y^4 (\mathrm{ſin}\,v)^3}{a^3 b^3};\ \&\ \frac{d^4 y}{dv^4} = -\frac{(b-a)\,y\,y\,\mathrm{coſ}\,v}{ab} - \frac{8(b-a)^2 y^3 (\mathrm{ſin}\,v)^2}{aabb} + \frac{6(b-a)^2 y^3 (\mathrm{coſ}\,v)^2}{a^2 b^2} + \frac{36(b-a)^3 y^4 (\mathrm{ſin}\,v)^2 \mathrm{coſ}\,v}{a^3 b^3} + \frac{24(b-a)^4 y^4 (\mathrm{ſin}\,v)^4}{a^4 b^4}\ \&c.$$

Ex his conficitur $\frac{2dy^2 - y\,ddy}{dv^2} = -\frac{(b-a)\,y^3\,\mathrm{coſ}\,v}{ab}$;

$$\frac{3dy\,ddy - y\,d^3y}{dv^3} = \frac{(b-a)\,y^3\,\mathrm{ſin}\,v}{ab} - \frac{3(b-a)^2 y^4\,\mathrm{ſin}\,v\,\mathrm{coſ}\,v}{a^2 b^2};$$

$$\frac{6ddy^2 + 8dy\,d^3y - 3y\,d^4y}{dv^4} = \frac{3(b-a)\,y^3\,\mathrm{coſ}\,v}{ab} + \frac{4(b-a)^2 y^4 (4(\mathrm{ſin}\,v)^2 - 3(\mathrm{coſ}\,v)^2}{a^2 b^2} - \frac{36(b-a)^3 y^5 (\mathrm{ſin}\,v)^2\,\mathrm{coſ}\,v}{a^3 b^3}.$$

Erit ergo area $G - F = \tfrac{1}{2}\Phi y z - \frac{\Phi^3 (b-a)\,y^3\,\mathrm{coſ}\,v}{12ab} + \frac{\Phi^4 (b-a)\,y^3\,\mathrm{ſin}\,v}{24ab^2} - \frac{\Phi^4 (b-a)^2 y^4\,\mathrm{ſin}\,v\,\mathrm{coſ}\,v}{8a^2 b^2} + \frac{\Phi^5 (b-a)\,y^3\,\mathrm{coſ}\,v}{80ab} + \frac{\Phi^5 (b-a)^2 y^4 (\mathrm{ſin}\,v)^2}{15a^2 b^2} - \frac{\Phi^5 (b-a)^2 y^4 (\mathrm{coſ}\,v)^2}{20a^2 b^2} - \frac{3\Phi^5 (b-a)^3 y^5 (\mathrm{ſin}\,v)^2\,\mathrm{coſ}\,v}{20a^3 b^3}$ + &c. atque $z = y + \frac{\Phi (b-a)\,y^2\,\mathrm{ſin}\,v}{ab} +$

$\Phi^2 (b-a)$

$\frac{\phi^2 (b-a)\, y\, y \,\mathrm{coſ}\, v}{2ab} + \frac{\phi^2 (b-a)^2 y^3\, (\mathrm{ſin}\, v)^2}{a^2 b^2}$. Cum igitur ſit $\mathrm{coſ}\, v = \frac{a(b-y)}{y(b-a)}$, & $\mathrm{coſ}\,(v+\phi) = \mathrm{coſ}\, v\, \mathrm{coſ}\,\phi - \mathrm{ſin}\, v.\ \mathrm{ſin}\,\phi = \frac{a(b-z)}{z(b-a)}$, erit $\mathrm{ſin}\, v = \frac{a(b-y)}{y(b-a)}.\ \mathrm{cot}\,\phi - \frac{a(b-z)}{z(b-a)}$ coſec. ϕ. Subſtituatur tantum valor pro coſ v, erit G — F $= \frac{1}{2}\phi\, y\, z - \frac{\phi^3 y y (b-y)}{12b} + \frac{\phi^4 (b-a)\, y^3\, \mathrm{ſin}\, v}{24ab} - \frac{\phi^4 (b-a)\, y^3 (b-y)\, \mathrm{ſin}\, v}{8abb}$ & loco ſin v valore ſubſtituto G — F $= \frac{1}{2}\phi\, y\, z - \frac{\phi^3 yy(b-y)}{126} + \frac{\phi^4}{24bb} y^3\ (3y - 2b) \left(\frac{b-y}{y} \mathrm{cot}\,\phi - \frac{(b-z)}{z} \mathrm{coſec.}\,\phi\right)$. Quia autem nulla eſt ratio, cur y magis in ſit quam z, hanc expreſſionem ita adornabimus, ut vero proxime ſit G — F $= \frac{1}{2}\phi\, y\, z - \frac{1}{12}\phi^3\, y\, z + \frac{\phi^3 y z \sqrt{y z}}{12b}$ rejectis terminis ſequentibus. Cum vero ſit $\mathrm{ſin}\,\phi = \phi - \frac{1}{6}\phi^3 +$ &c. erit hæc area FSG $= \frac{1}{2} y\, z\, \mathrm{ſin}\,\phi + \frac{\phi^3 y z \sqrt{y z}}{12b}$. Sit jam tempus, quo ſpatium FG abſolvitur = T dierum; erit T $= \frac{y z\, \mathrm{ſin}\,\phi}{2m\sqrt{b}} + \frac{\phi^3\, y\, z \sqrt{y z}}{12mb\sqrt{b}}$ exiſtente $m = 271989, 735$. Quoniam ſin ϕ non multum a ϕ diſcrepat, ponatur T $= \frac{y z\, \mathrm{ſin}\,\phi}{2m\sqrt{b}} + \frac{y z \sqrt{y z}}{12mb\sqrt{b}} (\mathrm{ſin}\,\phi)^3$,

& for-

& formetur ad b inveniendum hæc æquatio $\frac{\sqrt{yz}}{\sqrt{b}}$ ſin $\Phi =$ $\frac{2mT}{\sqrt{yz}} + Q$, fietque $T = T + \frac{Q\sqrt{yz}}{2m} + \frac{2m^2T^3}{3yz\sqrt{yz}}$, hincque $Q = \frac{-4m^3T^3}{3y^2z^2}$. Ex his obtinetur $\frac{\sqrt{yz}}{\sqrt{b}}$ ſin $\Phi =$ $\frac{2mT}{\sqrt{yz}} - \frac{4m^3T^3}{3y^2z^2}$, & $\frac{\text{ſin}\,\Phi}{\sqrt{b}} = \frac{2mT}{yz} - \frac{4m^3T^3}{3y^2z^2\sqrt{yz}}$. Erit ergo $\frac{\sqrt{b}}{\text{ſin}\,\Phi} = \frac{yz}{2mT} + \frac{mT}{3\sqrt{yz}}$, ideoque ſemilatus rectum $b = \left(\frac{yyzz}{4m^2T^2} + \frac{1}{3}\sqrt{yz}\right)(\text{ſin}\,\Phi)^2$. Quo cognito orbita per probl. III definietur. Q. E. J.

Coroll. 1.

25. Si ergo cometæ duæ fuerint cognitæ a Sole diſtantiæ $FS = f$, & $GS = g$, una cum angulo $FSG = \Phi$ ac præterea obſervatum ſit tempus per ſpatium FG, quod ſit $= T$ dier. erit orbitæ ſemilatus rectum $b = \left(\frac{ffgg}{4m^2T^2} + \frac{1}{3}\sqrt{fg}\right)$ $(\text{ſin}\,\Phi)^2$, calculus autem ſæpe facilius inſtituetur quærendo $\sqrt{b} =$ $\left(\frac{fg}{2mT} + \frac{mT}{3\sqrt{fg}}\right)$ ſin Φ.

Coroll. 2.

26. Hinc ex cognito tempore T area FSG propius definiri, & quantum ſuperet triangulum rectilineum FSG ducta corda FG comprehenſum, aſſignari poteſt. Exceſſus ſcilicet

ſcilicet erit ſegmentum FG inter arcum curvæ & cordam contentum, quodeſt $= \frac{fg\sqrt{fg}}{12b}(\text{ſin}\,\phi)^3 = \frac{m^2T^2\,\text{ſin}\,\phi}{3\sqrt{fg}}$

Coroll. 3.

27. Cognito hoc modo latere recto, cujus ſemiſſis $= b$, ſtatim reperietur poſitio perihelii A; poſito enim angulo ASF $= v$, erit tang $v =$ cot $\phi - \frac{(b-g)f}{(b-f)\,\text{ſin}\,\phi}$; hincque porro definitur diſtantia perihelii a ſole AS $= a = \frac{bf\,\text{coſ}\,v}{b-f+f\,\text{coſ}\,v}$.

Coroll. 4.

28. Inventis ergo anomalia vera ASF, & rectis a & b aſſignari poterit tempus, quod ad ſpatium AF abſolvendum impenditur, hincque cum datum ſit tempus, quo planeta vel cometa in loco F hæſit, definiri poterit temporis momentum, quo in perihelio eſt verſatus.

Scholion 3.

29. Ad hoc ergo tempus definiendum inſerviet methodus in probl. IV. expoſita, cujus tres conſtituendi ſunt caſus, quorum primus locum habet, ſi curva AFG fuerit ellipſis ſeu $2a > b$. Hoc caſu quæratur angulus ω, ita ut ſit tang $\frac{1}{2}\omega = \frac{\sqrt{(2a-b)}}{\sqrt{b}}$ tang $\frac{1}{2}v$; hocque cognito erit tempus per ſpatium AF $= \frac{a^3}{2m(2a-b)^{\frac{3}{2}}}\left(\omega - \frac{(b-a)}{a}\,\text{ſin}\,\omega\right)$ dierum. Alter caſus adhiberi debet, ſi curva AFG fuerit hyperbola, tum ob

$b > 2a$ quæratur angulus ω, ut ſit $\text{tang}\,\frac{1}{2}\,\omega = \frac{\sqrt{(b-2a)}}{\sqrt{b}}$. $\text{tang}\,\frac{1}{2}\,v$. quo cognito erit tempus per $AF = \frac{a^3}{2m\,(b-2a)^{\frac{3}{2}}}\left(\frac{b-a}{a}\,\text{tang}\,\omega - l\,\text{tang}\,(45^\circ + \frac{1}{2}\,\omega)\right)$. Tertius caſus pro curva AFG parabola eſt conſiderandus, ſi ſit $b = 2a$, tum ſumto $t = \text{tang}\,\frac{1}{2}\,v$, erit tempus per $AF = \frac{a\sqrt{a}}{m\sqrt{2}}\,(t + \frac{1}{3}\,t^3)$ dierum. Quemadmodum autem calculus pro parabola eſt facillimus, ita idem maxime impeditur, ſi orbita tantum proxime ad parabolam acceſſerit, Dum enim $2a - b$ vel $b - 2a$ quantitas minima evadit, cum angulus ω ſit nimis parvus, tum vero in temporis expreſſione denominator tam exiguus, ut minimus error in angulo ω commiſſus maximam aberrationem in tempore parere poſſit. Hanc ob rem his caſibus, quibus orbita cometæ proxime ad parabolam accedit, conveniet tempus idonea approximatione exhibitum potius quam verum uſurpare.

Problema VI.

Fig. 3. 30. Si orbita Cometæ non multum a parabola diſcrepet ſive ſit ellipſis ſive hyperbola, definire tempus, quo data quævis. Anomalia vera ASM conficitur.

Solutio.

Sit ut hactenus diſtantia $AS = a$, & ſemi-latus rectum $= b$, quoniam $2a$ & b non multum a ſe invicem diſcrepant, pona-

poſnatur $2a - b = \delta$, erit δ quantitas minima, & affirmativa quidem, ſi curva fuerit ellipſis, at negativa ſi curva ſit hyperbola. Jam ſit anomalia vera propoſita ASM $= v$, ac ponatur tang $\frac{1}{2} v = t$, erit ut ſupra (17) vidimus area ASM $= \frac{\int aabbdt(1+tt)}{(b+\delta tt)^2}$; quæ ſtatuatur $= \frac{aabbz}{b+\delta tt}$, atque ob $b + \delta = 2a$ reperietur hic valor pro $z = \frac{t}{b} + \frac{2at^3}{3bb} - \frac{2a\delta t^5}{3.5b^3} + \frac{2a\delta^2 t^7}{5.7b^4} - \frac{2a\delta^3 t^9}{7.9b^5}$ &c. ergo area ASM $=$

$$\frac{aab}{b+\delta tt}\left(t + \frac{2at^3}{3b} - \frac{2a\delta t^5}{3.5b^2} + \frac{2a\delta^2 t^7}{5.7b^2} - \frac{2a\delta^3 t^9}{7.9b^4} + \&c.\right)$$

Vel cum ſit $\frac{b}{b+\delta tt} = 1 - \frac{\delta tt}{b} + \frac{\delta^2 t^4}{bb} - \frac{\delta^3 t^6}{b^3} + \&c.$

erit area ASM $= aa\Big(t + \frac{1}{3}t^3 - \frac{4a\delta}{5bb}t^5 + \frac{6a\delta\delta}{7b^3}t^7 - \frac{8a\delta^3}{9b^4}t^9$ &c.
$\qquad + \frac{\delta\delta}{bb}t^5 - \frac{\delta^3}{b^3}t^7 + \frac{\delta^4}{b^4}t^9\Big]$

Quare cum tempus ſit $= \frac{\text{ar. ASM}}{m\sqrt{b}}$ dierum, erit tempus quo anomalia vera ASM $= v$ abſolvitur in diebus expreſſum $= \frac{aa}{m\sqrt{b}}\Big(t + \frac{1}{3}t^3 - \frac{4a\delta}{5bb}t^5 + \frac{6a\delta^2}{7b^3}t^7 - \frac{8a\delta^3}{9b^4}t^9$ &c.
$\qquad + \frac{\delta\delta}{bb}t^5 - \frac{\delta^3}{b^3}t^7 + \frac{\delta^4}{b^4}t^9\Big]$

quæ expreſſio, etſi in infinitum progreditur, tamen citiſſime conver-

convergit, ſi $\delta = 2a - b$ fuerit quantitas vehementer parva, uti ſtatuimus. Q. E. J.

Coroll. 1.

31. Quia eſt $2a = b + \delta$, ſi in ſerie infinita hic valor ubique loco $2a$ ſubſtituatur, reperietur tempus, quo anomalia vera ASM $= v$, cujus ſemiſſis tangens ponitur $= t$, abſolvitur

$$= \frac{aa}{m\sqrt{b}} \left(t + \tfrac{1}{3}t^3 - \frac{2\delta}{5b}t^5 + \frac{3\delta\delta}{7bb}t^7 - \frac{4\delta^3}{9b^3}t^9 \right. \;\&c.$$
$$\left. + \frac{3\delta\delta}{5bb}t^5 - \frac{4\delta^3}{7b^3}t^7 + \frac{5\delta^4}{9b^4}t^9 \right]$$

Coroll. 2.

32. Quoniam pro hyperbola fit δ numerus negativus, omnes termini prodibunt affirmativi, ſi enim pro hyperbola ponatur $b - 2a = \delta$ erit tempus per arcum AM $= \frac{aa}{m\sqrt{b}}$

$$\left(t + \tfrac{1}{3}t^3 + \frac{2\delta}{5b}t^5 + \frac{3\delta\delta}{7bb}t^7 + \frac{4\delta^3}{9b^3}t^9 \right. \;\&c.$$
$$\left. + \frac{3\delta\delta}{5bb}t^5 + \frac{4\delta^3}{7b^3}t^7 + \frac{5\delta^4}{9b^4}t^9 \right]$$

Coroll. 3.

33. Series hæ maxime convergunt, quo minor fuerit angulus ASM; ſin autem hic angulus v fiat tantus, ut ejus ſemiſſis multum ſuperet ſemirectum, ideoque ejus tangens t unitatem longe ſuperet, tum convergentia diminuetur. His ergo caſibus expediet methodo directa uti. Quando quidem angulus ille ω ita ſumtus, ut ſit tang $\frac{1}{2}\,\omega = \frac{\sqrt{(2a-b)}}{\sqrt{b}}$

tang

tang $\frac{1}{2} v$, vel tang $\frac{1}{2} \omega = \frac{\sqrt{(b-2a)}}{\sqrt{b}}$ tang $\frac{1}{2} v$, prodit adhuc notabilis magnitudinis.

Problema VII.

34. Si orbita cometæ non admodum a parabola diſcrepet, ex dato tempore, quod vel ante vel poſt appulſum ad perihelium elapſum ſit, locum cometæ in Orbita, hoc eſt anomaliam veram ASM, una cum diſtantia cometæ a ſole invenire. Fig. 3

Solutio.

Quoniam primo orbita cometæ eſt data, ponatur diſtantia perihelii a ſole A S $= a$, ſemilatus rectum $= b$; & quoniam orbita non multum a parabola differre ſtatuitur poſito $2a - b = \delta$, erit δ quantitas valde parva. Deinde ſit tempus, quod vel ante appulſum ad perihelium effluxerit, vel poſt, in diebus expreſſum $=$ T; Anomalia vera autem, quæ quæritur, ASM ſit $= v$, ac $t =$ tang $\frac{1}{2} v$. Jam ex præcedente problemate habebimus hanc æquationem

$$T = \frac{aa}{m\sqrt{b}}\left(t + \tfrac{1}{3}t^3 - \frac{2\delta}{5b}t^5 + \frac{3\delta\delta}{7bb}t^7 - \frac{4\delta^3}{9b^3}t^9 \quad \&c.\right. \\ \left. + \frac{3\delta\delta}{5bb}t^5 - \frac{4\delta^3}{7b^3}t^7 + \frac{5\delta^4}{9b^4}t^9 \right]$$

ex qua valorem ipſius t erui oportebit. Ponamus $\frac{mT\sqrt{b}}{aa} = n$ brevitatis gratia, ut ſit $n = t + \frac{1}{3}t^3$

 -2δ

$$-\frac{2\delta}{5b}t^5 + \frac{3\delta\delta}{7bb}t^7 - \frac{4\delta^3}{9b^3}t^9$$
$$+\frac{3\delta\delta}{5bb} \quad -\frac{4\delta^3}{7b^3} \quad +\frac{5\delta^4}{9b^4}$$ &c. Sit primum orbita cometæ vera parabola, ideoque $\delta = o$, erit $n = t + \frac{1}{3}t^3$, atque $t^3 + 3t - 3n = o$; cujus æquationis cubicæ per regulam Cardani radix erit:

$$t = \sqrt[3]{(\tfrac{3}{2}n + \sqrt{(\tfrac{9}{4}nn + 1)})} - \sqrt[3]{(-\tfrac{3}{2} + \sqrt{(\tfrac{9}{4}nn + 1)})}$$ vel

$$t = \sqrt[3]{(\tfrac{3}{2}n + \sqrt{(\tfrac{9}{4}nn + 1)})} - \frac{1}{\sqrt[3]{(\tfrac{3}{2}n + \sqrt{(\tfrac{9}{4}nn + 1)})}}$$ vel etiam

$$t = \frac{1}{\sqrt[3]{(-\tfrac{3}{2}n + \sqrt{(\tfrac{9}{4}nn + 1)})}} - \sqrt[3]{(-\tfrac{3}{2}n + \sqrt{(\tfrac{9}{4}nn + 1)})}$$

Vel igitur ex his formulis, vel ex tabulis in hunc finem computatis valor ipſius t erui poterit, quo cognito dabitur anomalia vera ASM $= v$, per æquationem tang $\frac{1}{2}v = t$. Deinde autem habebitur diſtantia cometæ a ſole SM $= y = \frac{ab}{a + (b-a)\operatorname{coſ} v}$. Cum vero pro parabola ſit $b = 2a$; erit $y = \frac{2a}{1 + \operatorname{coſ} v} = \frac{a}{(\operatorname{coſ}\frac{1}{2}v)^2}$. Sic itaque ſi orbita cometæ vera fuerit parabola, determinabitur ad datum tempus locus cometæ in orbita.

Sin autem orbita cometæ fuerit ellipſis maxime excentrica vel hyperbola non multum a parabola abhorrens, ita ut ſit $\delta = 2a - b$ quantitas vehementer parva, poſito $\frac{mT\sqrt{b}}{aa} = n$, hæc æquatio reſolvi debebit:

$n = t$

$$n = t + \tfrac{1}{3}t^3 - \frac{2\delta}{5b} t^5 + \frac{3\delta\delta}{7bb} t^7 - \frac{4\delta^3}{9b^3} t^9 \ \&c.$$
$$\quad + \frac{3\delta\delta}{5bb} - \frac{4\delta^3}{7b^3} + \frac{5\delta^4}{9b^4}$$

Sumatur primo tantum hæc æquatio $n = t + \frac{1}{3} t^3$, & per modum præcedentem quæratur valor ipſius t, ſitque $t = \theta$, ita ut ſit $n = \theta + \frac{1}{3}\theta^3$; eritque ob δ valde parvam quantitatem θ valor ipſius t vero proximus. Sit igitur verus valor $t = \theta + A\theta^3 + B\theta^5 + C\theta^7 + \&c.$ erit

$$t^3 = \theta^3 + 3A\theta^5 + 3B\theta^7 \ \&c.$$
$$\qquad\qquad\qquad + 3A^2\theta^7$$

$$t^5 = \theta^5 + 6A\theta^7, \&c. \quad \& \ t^7 = \theta^7.$$

quibus ſubſtitutis in æquatione orietur $n = \theta + \frac{1}{3}\theta^3 =$

$$\begin{array}{llll} \theta + A\theta^3 & + B\theta^5 & + C\theta^7 & \\ \quad + \frac{1}{3}\theta^3 & + A\theta^5 & + B\theta^7 & + \&c. \\ & - \frac{2\delta}{5b}\theta^5 & + A^2\theta^7 & \\ & + \frac{3\delta\delta}{5bb}\theta^5 & - \frac{2\delta}{b}A\theta^7 & \&c. \\ & & + \frac{3\delta\delta}{bb}A\theta^7 & \\ & & + \frac{3\delta^3}{7bb}\theta^7 & \\ & & - \frac{4\delta^3}{7b^3}\theta^7 & \end{array}$$

Singulis ergo terminis more ſolito ad nihilum reductis erit

A = o;

$A = o$; $B = \frac{2\delta}{5b} - \frac{3\delta\delta}{5bb}$; $C = -B - \frac{3\delta\delta}{7bb} + \frac{4\delta^3}{7b^3} =$
$-\frac{2\delta}{5b} + \frac{6\delta\delta}{35bb} + \frac{4\delta^3}{7b^3} = \frac{2\delta}{b}\left(\frac{\delta}{b} + 1\right)\left(\frac{2\delta}{7b} - \frac{1}{5}\right)$

Cognito ergo ipſius t valore vero proximo θ, erit verus valor

$$t = \theta + \left(\frac{2\delta}{5b} - \frac{3\delta\delta}{5bb}\right)\vartheta^5 - \left(\frac{2\delta}{5b} - \frac{6\delta\delta}{35bb} - \frac{4\delta^3}{7b^3}\right)\vartheta$$

Tum vero ob $t =$ tang $\frac{1}{2}$ v cognoscetur anomalia vera ASM $= v$; hincque porro prodibit diſtantia cometæ a ſole

$$SM = y = \frac{ab}{a + (b-a)\cos v} = \frac{b}{1 + \frac{b-a}{a}\cos v}. \quad \text{Q. E. J.}$$

Coroll. 1.

35. Pro ellipſi ergo maxime oblonga δ ob quantitatem affirmativam, erit verus valor ipſius t major quam valor θ, qui ex hypotheſi orbitæ parabolicæ eſt erutus.

Coroll. 2.

36. Pro hyperbola autem ubi ſit δ quantitas negativa verus valor ipſius t minor erit quam θ;. utroque autem caſu ob tantas ipſius θ poteſtates, expreſſio pro t vehementer convergit, ſiquidem ſit $\theta < 1$, quod ſit ſi anomalia vera v fuerit angulo recto minor.

Scholium.

37. Quod ſi autem anomalia vera v multum excedat angulum rectum, ita ut δ vel t fiat numerus unitate multo major, hincque expreſſio illa pro t inventa divergat potius quam convergat, tum iſta methodo uti non conveniet, niſi forte δ ſit

quan-

quantitas tantopere exigua, ut per eam omnes termini efficiantur minimi. Oportebit igitur his caſibus expreſſionem veram, qua relatio inter tempus & anomaliam veram exhibetur, in ſubſidium vocare; atque ex ea modum, quo ad datum tempus anomalia vera aſſignari poſſit, eruere. Hanc itaque operationem in ſequentibus problematis fuſius ſum oſtenſurus, ut quovis caſu oblato theoria adhiberi, per eamque verus motus tam cometarum quam planetarum definiri queat.

Problema VIII.

38. Si orbita planetæ vel cometæ fuerit ellipſis quæcunque cognita, ad datum tempus, vel ante vel poſt appulſum ejus ad perihelium A, ejus anomaliam veram ASM, atque diſtantiam a ſole SM aſſignare.

Solutio.

Sit perihelii a ſole diſtantia AS $= a$, & ſemilatus rectum $= b$; erit $2a > b$, quia orbita ponitur ellipſis; Tempus autem, quod vel ante vel poſt appulſum ad perihelium effluxerit, ſit in diebus expreſſum $=$ T. Nunc ponatur anomalia vera, quæ quæritur ASM $= v$, ſitque alius angulus ω ita comparatus ut ſit tang $\frac{1}{2}\,\omega = \frac{\sqrt{(2a-b)}}{\sqrt{b}}$ tang $\frac{1}{2}\,v$, eritque ut vidimus (19), tempus $T = \frac{a^3}{2m\,(2a-b)^{\frac{3}{2}}}\left(\omega - \frac{(b-a)}{a}\,\text{ſin}\,\omega\right)$ ex qua æquatione angulum ω erui oportet. Fiet ergo $\omega - \frac{(b-a)}{a}$

 ſin $\omega =$

$\sin \omega = \frac{2\, m\, (2\, a - b) \frac{3}{2}\, T}{a^3}$. Convertatur hæc expreſſio $\frac{2m\,(2a-b)\frac{3}{2}\,T}{a^3}$ quæ eſt cognita, in arcum circuli cujus radius $= 1$, quod ita fiet: Sumatur expreſſionis $\frac{2m\,(2a-b)\frac{3}{2}\,T}{a^3}$ logarithmus, ad quem addatur conſtanter hic logarithmum 5, 3144251332; atque ſumma erit logarithmus anguli hujus quæſiti in minutis ſecundis expreſſi. Vel cum ſit logarithmus $m = 5,4345525139$, ad log. $\frac{(2a-b)\frac{3}{2}\,T}{a^3}$ addatur conſtanter iſte logarithmus 11, 0500076428, & numerus logarithmo reſultanti reſpondens dabit angulum in minutis ſecundis expreſſum. Sit iſte angulus $= u$, qui erit ille ipſe, quem Aſtronomi anomaliam mediam vocare ſolent, qui ergo hoc pacto ex dato tempore T inveniri, vel ex tabulis aſtronomicis, ſi quæſtio de planeta quopiam inſtituatur, depromi poteſt. Priori autem modo ſi iſte angulus u in minutis ſecundis exprimatur erit $l\,u = 11,0500076428 + \frac{3}{2}\,l(2a-b) + l\,T - 3\,l\,a$, unde deficientibus tabulis aſtronomicis, anomalia media u expedite reperitur. Inventa erga jam ſit hæc anomalia media u, eritque $u = \omega - \frac{(b-a)}{a} \sin \omega$. Hæc æquatio commodiſſime aliquot tentaminibus reſolvetur. Scilicet cum ſit $\omega > u$, ſumatur pro arbitrio angulus pro ω, & computetur angulus $= \frac{(b-a)}{a}$

ſin ω, quod fiet, ſi a $l\,\frac{b-a}{a} + l$ ſin ω ex tabulis ſumto ſubtrahatur 4, 6855748668, logarithmus enim reſiduus dabit numerum minutorum ſecundorum ipſi $\frac{(b-a)}{a}$ ſin ω æquivalentium; hoc igitur facto pro $\omega - \frac{(b-a)}{a}$ ſin ω reperietur angulus vel major vel minor quam u; priori caſu valor pro ω aſſumtus erat nimis magnus, poſteriori vero nimis parvus; ſic igitur corrigendo hypotheſin factam mox angulus ω prope verus cognoſcetur. Sit valor jam prope verus pro ω inventus $= \varrho$; verus autem valor ſit $\omega = \varrho + z$, erit ſin $(\varrho + z) =$ ſin ϱ $+ z$ coſ ϱ; ideoque $u = \varrho + z - \frac{(b-a)}{a}$ ſin $\varrho - (b-u)\, z$ coſ ϱ & hinc naſcitur $z = \frac{u - \varrho + \frac{(b-a)}{a} \sin\varrho}{1 - \frac{(b-a)}{a} \cos\varrho}$, ubi in numeratore pars $\frac{b-a}{a}$ ſin ϱ pari modo in angulum converti debet, ut ſupra oſtendimus. Denominator autem erit merus numerus, & ob ſinum totum $= 1$, logarithmi coſ ϱ characteriſtica denario minui debet. Hoc ergo modo reperitur angulus z, qui ad angulum ϱ additus dabit verum angulum quæſitum ω. Sin autem angulus ϱ aſſumtus nimium a vero diſceſſerit, hoc modo multo propior valor pro ω orietur, qui tum loco ϱ ſubſtitutus vero proximum valorem pro ω ſuppeditabit. Quodſi au-

tem hac methodo repertus fuerit angulus ω, hinc facile invenietur anomalia vera ASM $= v$ ope hujus formulæ tang $\frac{1}{2} v$ $= \frac{\sqrt{b}}{\sqrt{(2a-b)}}$ tang $\frac{1}{2}\omega$. Tandem vero erit diſtantia planetæ ſeu cometæ a ſole SM $= \frac{ab}{a+(b-a)\operatorname{coſ} v}$. Q. E. J.

Coroll. 1.

39. Coefficiens $\frac{b-a}{a}$, qui in hoc calculo occurrit, vocari ſolet orbitæ excentricitas; (9) hujus ergo logarithmus imprimis notari debet, quippe quo cognito totus calculus facillime inſtituetur.

Coroll. 2.

40. Ex data ergo orbitæ excentricitate $\frac{b-a}{a}$ hujus calculi ope ad anomaliam mediam quamvis propoſitam expedite anomalia vera reſpondens definietur: Hocque modo tabulæ æquationis motuum planetarum & cometarum, qui quidem in ellipſibus revolvuntur, ſupputabuntur.

Problema IX.

Fig. 3. 41. Si cometa in hyperbola circa ſolem moveatur, atque tempus, quo per perihelium A tranſit, fuerit notum, ad datum quodvis tempus locum cometæ in orbita ſeu anomaliam veram ASM, ejusque a ſole diſtantiam SM ſupputare.

Solutio.

Solutio.

Sit iterum perihelii a ſole diſtantia AS $= a$, & ſemilatus rectum $= b$, eritque $b > 2a$. Tempus autem propoſitum a momento, quo Cometa in perihelio hæret, diſtet intervallo $=$ T dierum. Deinde ſit anomalia vera, quam inveniri oportet, ASM $= v$; ac concipiatur alius angulus ω, ut ſit tang $\frac{1}{2}\omega = \frac{\sqrt{(b-2a)}}{\sqrt{b}}$ tang $\frac{1}{2}v$; eritque (20), T $= \frac{a^3}{2m(b-2a)^{\frac{3}{2}}}\left(\frac{b-a}{a}\text{ tang }\omega - l\text{ tang }(45^\circ + \frac{1}{2}\omega)\right)$. Statuatur $\frac{2m(b-2a)^{\frac{3}{2}}T}{a^3} = u$, erit u quantitas cognita, atque illi, quæ ante anomaliæ mediæ nomine occurrerat, analoga: hoc vero caſu expediet u in meris numeris expreſſam retinere, quam in angulum convertere. His monitis erit itaque $u = \frac{b-a}{a}$ tang $\omega - l$ tang $(45^\circ + \frac{1}{2}\omega)$ unde tentando pro ω ejusmodi valor eruatur qui a vero non multum diſſideat. Sit ergo ϱ angulus non multum a vero anguli ω valore diſcrepans, ac ponatur $\omega = \varrho + z$, ob z angulum valde parvum erit tang. $\omega = \frac{\text{tang }\varrho + z}{1 - z\text{ tang }\varrho}$ ſeu tang $\omega =$ tang $\varrho + z(1 + (\text{tang }\varrho)^2)$ $=$ tang $\varrho + \frac{z}{(\text{coſ }\varrho)^2}$. Ad l tang $(45^\circ + \frac{1}{2}\omega)$ inveniendum ponatur l tang $(45^\circ + \frac{1}{2}\varrho) =$ R, eritque l tang $(45^\circ + \frac{1}{2}\omega)$ valor ipſius R, qui prodit ſi loco ϱ ſcribatur $\varrho + z$, prodit

prodit autem is $= R + \frac{z\, dR}{d\varrho}$. Erit vero $dR =$

$$\frac{\frac{1}{2} d\varrho}{(\text{coſ}(45^\circ + \frac{1}{2}\varrho))^2 \text{tang}(45^\circ + \frac{1}{2}\varrho)} = \frac{d\varrho}{\text{coſ}\,\varrho};$$ ideoque $l\,\text{tang}$

$(45^\circ + \frac{1}{2}\omega) = l\,\text{tang}(45^\circ + \frac{1}{2}\varrho) + \frac{z}{\text{coſ}\,\varrho}$. His ſubſtitutis erit

$$u = \frac{b-a}{a}\,\text{tang}\,\varrho + \frac{(b-a)z}{a(\text{coſ}\varrho)^2} - l\,\text{tang}\,(45 + \tfrac{1}{2}\varrho) - \frac{z}{\text{coſ}\,\varrho},$$

unde naſcitur $z = \dfrac{u + l\,\text{tang}\,(45^\circ + \frac{1}{2}\varrho) - \frac{(b-a)}{a}\,\text{tang}\,\varrho}{\frac{1}{(\text{coſ}\varrho)^2}\left(\frac{b-a}{a} - \text{coſ}\,\rho\right)}$

ſeu $z = \dfrac{u + l\,\text{tang}\,(45 + \frac{1}{2}\varrho) - \frac{(b-a)}{a}\,\text{tang}\,\varrho}{\frac{(b-a)}{a} - \text{coſ}\,\rho}(\text{coſ}\varrho)^2$. Hoc modo reperietur numerus pro z, dummodo ea regula ad $l\,\text{tang}$ $(45 + \frac{1}{2}\rho)$ exprimendum obſervetur, quæ ſupra (22) eſt tradita. Hic autem numerus pro z inventus in angulum eſt convertendus, modo, quem ante expoſui. Hisque factis habebitur verus valor anguli $\omega = \varrho + z$, qui autem, ſi adhuc dubium ſuperſit, denuo pro ρ ipſe poni, ſicque ulterius corrigi poterit. Invento autem angulo ω, ſtatim reperietur $\text{tang}\,\frac{1}{2}v = \frac{\sqrt{b}}{\sqrt{(b-2a)}}$ $\text{tang}\,\frac{1}{2}\omega$, atque adeo definietur anomalia vera quæſita ASM $= v$, ex qua porro elicitur diſtantia cometæ a ſole SM $= y = \frac{ab}{a + (b-a)\,\text{coſ}\,v}$. Q. E. J.

Scholion.

Scholion.

42. Ad uſum hujus calculi, qui minus eſt uſitatus in aſtonomia, uberius declarandum, ponamus cometam in hyperbola æquilatera deferri, atque perihelii ejus à ſole diſtantiam eſſe = diſtantiæ terræ a ſole mediæ, nempe eſſe . . . . $a = 100000$
unde fiet $b = a(1 + \sqrt{2})$, ſeu $b = 241421,356$
& quæri debeat locus hujus cometæ centum diebus poſt tranſitum ejus per perihelium; ita ut ſit $T = 100$. Primo ergo quæri debet u ut ſit $l\,u = l\,2\,m + l\,T + \frac{1}{2}\,l\,41421,356 - 3\,l\,100000$; unde ſequens calculus naſcitur.

$l\,2\,m$	=	5,7355825
$l\,T$	=	2,0000000
$l\,41421,356$	=	4,6172243
ſemiſſ.	=	2,3086122
		14,6614190
$3\,l\,100000$	=	15,0000000
$l\,u$	=	9,6614190
unde u	=	0,458584

Deinde eſt $\frac{b-a}{a} = 1,41421356 = \sqrt{2}$

ideoque $l\,\frac{b-a}{a} = 0,1505150$

Statuatur primum $\tang \omega = \frac{a}{b-a}\,u$; neglecto altero termino

erit ob $l\,u$	=	9,6614190
ſubtr. $l\,\frac{b-a}{a}$	=	0,1505150
$l\,\tang \omega$	=	9,5109040

ideoque

ideoque $\omega = 17°, 58'$,
& hinc fiet angulus $45° + \frac{1}{2}\omega = 53°, 59'$,
cujus tangens eſt $= 1,3755403$.

Patet ergo angulum $17°,58'$ vehementer nimis eſſe parvum & ſi pro ω ſumatur $30°$, adhuc iſte valor nimis erit parvus, prodit enim pro u hic numerus $0,26719$, ſin autem ſtatuatur $\omega = 40°$, prodit pro u iſte numerus $0,4237$, quare cum ſit $u = 0,458584$, perſpicuum eſt hunc valorem non multum a veritate abludere, atque ex his duabus poſitionibus $30°$ & $40°$ conjecturam faciendo reperietur ω prope modum eſſe debere $42°$, qui valor ergo pro ϱ accipiatur, ita ut ſit $\varrho = 42°$, & $\frac{1}{2}\varrho = 21°$ atque $45° + \frac{1}{2}\varrho = 66°$. Calculus itaque ſic inſtituatur

l tang $66° - 10$	$=$	$0,3514169$
hujus log.	$=$	$9,5458226$
addatur per (22)	...	$0,3622157$
Erit ergo		$9,9080383$
l tang $(45° + \frac{1}{2}\varrho)$	$=$	$0,809167$
Porro eſt l tang ϱ	$=$	$9,9544374$
add. $l\,\frac{b-a}{a}$	$=$	$0,1505150$
$l\,\frac{b-a}{a}$ tang ϱ	$=$	$1,1049524$
Ergo $\frac{b-a}{a}$ tang ϱ	$=$	$1,273364$

Quo circa ad u	$=$	$0,458584$
addatur l tang $(45° + \frac{1}{2}\varrho)$	$=$	$0,809167$
— tang *v* =	1, 27176	1, 23420
Ergo 180 — *v* =	51,49,18	50,59,3
& anomalia vera *v* =	128,10,42	129, 0, 57
ideoque ang. ASH =	4ˢ,8,10,42	4, 9, 0, 57
add. HSN =	24,18, 6	22, 37, 11
Diſt. Perihelii a Nodo ☊:	5, 2,28,48	5, 1,38,8
Diſt ☋ a perihelio =	27, 31, 12	28, 21, 52
l — coſ *v* =	9, 791067	9, 799021
l y =	5, 058111	5, 069006
l — *y* coſ *v* =	4, 849178	4, 868027
add. *l b* =	4, 653145	4, 640601
l — Numer.:	9, 502323	9, 508628

		A	B
$-y \cos v$	=	70661	73795
add. $y - b$	=	69324	73509
$-b + y - y \cos v$	=	139985	147304
l — Denom.	=	5, 146081	5, 168214
a l — Num.	=	9, 502323	9, 508628
$l\, a$	=	4, 356242	4, 340414
Diſt. Perih. a Sole a	=	22711	21898
hinc $2\, a$	=	45422	43796
b	=	44993	43712
$2\, a - b$	=	429	84
$l\,(2a - b)$	=	2, 632458	1, 924280
ſubtr. $l\, b$	=	4, 653145	4, 640601
$l\, n$	=	7, 979313	7, 283679
$l\, a\, a$	=	8, 712484	8, 680828
ſubtr. $l \sqrt{b}$	=	2, 326572	2, 320300
		6, 385912	6, 360528
ſubtr. $l m$	=	5, 434553	5, 434553
$l \frac{a\, a}{m \sqrt{b}}$	=	0, 951359	0, 925975
Ob v	=	128, 10, 42	129, 0, 57
erit $\frac{1}{2}\, v$	=	64, 5, 21	64, 30, 28
& $l\, t$	=	0, 313536	0, 321655
$l\, t^2$	=	0, 627072	0, 643310
$l\, t^3$	=	0, 940608	0, 964965
$l\, t^5$	=	1, 567680	1, 608275
$l\, t^7$	=	2, 194752	2, 251585
$l\, t^9$	=	2, 821824	2, 894895
$l\, n\, t^5$	=	9, 546993	8, 891954
$l n^2 t^5$	=	7, 526306	6, 175633

$l n^2 t^7 =$

		A	B
$l n^2 t^7$	=	8, 153378	6, 818943
$l n^3 t^7$	=	6, 132691	4, 102622
$l n^3 t^9$	=	6, 759763	4, 745932
Ergo t	=	2, 05843	2, 09727
$+ \frac{1}{3} t^3$	=	2, 90728	3, 07499
		4, 96571	5, 17226
ſubt. $\frac{2}{5} n t^5 + \frac{4}{7} n^3 t^7 + \frac{4}{9} n^3 t^9$	=	0, 14126	0, 03119
		4, 82445	5, 14107
add. $\frac{3}{5} n^2 t^5 + \frac{3}{7} n^2 t^7 +$ &c.	=	811	9
$t + \frac{1}{3} t^3 +$ &c.	=	4, 83256	5, 14116
$l\,(t + \frac{1}{3} t^3 +$ &c.	=	0, 684177	0, 711062
add. $l \frac{aa}{m \sqrt{b}}$	=	0, 951359	0, 925975
l temp.	=	1, 635536	1, 637037
Temp.	=	43, 205	43, 355
ſeu		$43^d, 4^h, 55'$	$43^d, 8^h, 31'$
At tertia Obſerv. Jan.		18, 7, 57	18, 7, 57
Cometa in Perih. Mart.		1, 12,52	1^d,16,28

Orbita ergo Cometæ ſequentibus ſex momentis determinabitur:

Pro hypoth. G g	=	101000	106000
1. Diſtantia Perihelii a Sole ſeu a	=	22711	21898
& $l\,a$	=	4, 356242	4, 340414
2. Semilatus rectum orbitæ ſeu b	=	44993	43712
& $l\,b$	=	4, 653145	4, 640601

	A	B
3. Cometa per perihelium tranſiit A. 1744 Menſe Martio Temp. medio Berol.	$1^d,12^h,52'$	$1^d,16^h,28'$
4. Diſtantia Perihelii a nodo aſcendente ☊ =	$152°,28',48''$	$151°,38',\ 8''$
Hinc a Perihelio ad nodum deſcendentem ☋ = eſt anomalia vera =	27, 31, 12	28, 21, 52
5. Longitudo heliocentrica Nodi aſcend.	$1^s,15°,24',41''$	$1^s,16°,20',45''$
longitudo heliocentrica nodi deſcendentis =	$7^s,15°,24',41''$	$7^s,16°,20',45''$
6. Inclinatio Orbitæ Cometæ ad Eclipticam	$42°,59',28''$	$48°,31',29''$

Mox autem apparebit veram Cometæ orbitam intra hos duos limites tam parum a ſe invicem diſcrepantes contineri.

Computetur ergo ex utroque limite locus cometæ ad tempus obſervationis factæ d. 18 Febr. quæ adhuc ante appulſum ad perihelium contigit. Quæratur igitur primo intervallum temporis inter tranſitum cometæ per perihelium & momentum obſervationis, idque in diebus, dieique partibus decimalibus exprimatur, quod deinde vocetur = T.

	A	B
Perihel. Cometæ Mart.	$1^d,12^h,52'$	$1^d,16^h,28'$
ſubtrahatur Febr.	18 , 6, 43	18 , 6, 43
	12 , 6 , 9	12 , 9, 45
Ergo eſt T =	12, 2562	12, 4062
& l T =	1, 088355	1, 093639

Ponatur

Ponatur anomalia vera huic tempori reſpondens $= v$, ſitque tang. $\frac{1}{2} v = t$, erit $T = \frac{aa}{m\sqrt{b}} \left(t + \frac{1}{3} t^3 \begin{matrix} - \frac{2}{5} n t^5 \\ + \frac{3}{5} n^2 t^5 \end{matrix} \text{ \&c.} \right)$ Quoniam orbita parum a parabola diſcrepat, quæratur ex tabula motus in parabola θ, ut ſit $\theta + \frac{1}{3} \theta^3 = \frac{m\sqrt{b}}{aa} . T$ ſeu areæ parabolicæ, quo valore ipſius θ invento erit

$$\theta + \frac{1}{3}\theta^3 = t + \frac{1}{3} t^3 \begin{matrix} - \frac{2}{5} n t^5 + \frac{3}{7} n^2 t^7 - \\ + \frac{3}{5} n^2 t^5 - \frac{4}{7} n^3 t^7 + \end{matrix} \text{ \&c.}$$

& quia t vehementer parum a θ diſcrepat, ponatur $t = \theta + q$ erit $o = q + \theta\theta q \begin{matrix} - \frac{2}{5} n \theta^5 + \frac{3}{7} n^2 \theta^7 - \\ + \frac{3}{5} n^2 \theta^5 - \frac{4}{7} n^3 \theta^7 + \end{matrix}$ &c. ideoque fiet proxime

$$q = \frac{(\frac{2}{5} n - \frac{3}{5} n^2)\theta^5 - (\frac{3}{7} n^2 - \frac{4}{7} n^3)\theta^7 + (\frac{4}{9} n^3 - \frac{5}{9} n^4)\theta^9 - \text{\&c.}}{1 + \theta\theta}$$

Ita ergo calculus inſtituatur:

		A	B
$A\, l\, T$	=	1, 088355	1, 093639
ſubtr. $l \frac{aa}{m\sqrt{b}}$	=	0, 951359	0, 925975
$l(\theta + \frac{1}{3}\theta^3)$	=	0, 136996	0, 167664
Ergo 2 A tang θ	=	91°,3′,20″	93°,41′,55″
& A tang θ	=	45°,31,40	46, 50, 57
& $l\theta$	=	0,008001	0, 028052
$l\theta^2$	=	0,016002	0, 056104
$l\theta^5$	=	0, 040005	0, 140260
$l n$	=	7, 979313	7, 283679
$l n \theta^5$	=	8, 019318	7, 423939
$l n^2 \theta^5$	=	5, 998631	4, 707618

		A	B
$l n^2 \theta^7$	=	6, 014633	4, 763722
$l n^3 \theta^7$	=	3, 977946	
$+ \frac{2}{5} n \theta^5$	=	0, 004182	0, 001062
$- \frac{2}{5} n^2 \theta^5$	=	59	3
		0, 004123	0, 001059
$- \frac{3}{7} n^2 \theta^7$	=	44	3
Numerator	=	0, 004079	0, 001056
θ^2	=	1, 037535	1, 137900
Denom $1 + \theta^2$.	=	2, 037535	2, 137900
l Numerat.	=	7, 610554	7, 023664
l denom.	=	0, 309104	0, 329987
$l\, q$	=	7, 301450	6, 693677
q	=	0, 002002	0, 000494
θ	=	1, 018595	1, 066725
t	=	1, 020597	1, 067219
Ergo $\frac{1}{2} v$	=	45, 35, 2	46, 51, 45
Anomalia vera v	=	91, 10, 4	93, 43, 30
Perihelium a Nodo aſcend.	=	152, 28, 48	151, 38, 8
Diſt. Cometæ a Nodo	=	61, 18, 44	57, 54, 38

Porro diſtantia cometæ a Sole eſt $= \frac{b}{1 + \frac{b-a}{a} \operatorname{coſ} v}$.

Ergo a b	=	44993	43712
ſubtr. a	=	22711	21898
$b - a$	=	22282	21814
$l\,(b-a)$	=	4, 347954	4, 338735
ſubtr. $l\, a$	=	4, 356242	4, 340414
erit $l \frac{(b-a)}{a}$	=	9, 991712	9, 998321
add. l—coſ v	=	8, 309196	8, 812697

$l\, a - b$

	A	B
$l\,\frac{a-b}{a}\cos v =$	8, 300908	8, 811018
$-\frac{b+a}{a}\cos v =$	0, 019994	0, 064717
Denomin.	0, 980005	0, 935282
$l\,b =$	4, 653145	4, 640601
l Denom. =	9, 991228	9, 970942
l Diſt. Com. a Sole =	4, 661917	4, 669659

Reſolvendum nunc eſt triangulum ſphæricum ☊ C c, in quo eſt C ☊ diſtantia cometæ a nodo aſcendente, & angulus ☊ inclinatio orbitæ ad Eclipticam. Erit vero ſin C c = ſin ☊ C. ſin ☊ & tang ☊ c = tang ☊ C. coſ ☊. Fig. 11

☊ C =	61, 18, 44	57, 54, 38
ang. ☊ =	42, 59, 28	48, 31, 29
l ſin ☊ C =	9, 943122	9, 927995
l ſin ☊ =	9, 833710	9, 874621
l tang ☊ C =	9, 776832	9, 802616
l coſ ☊ =	10, 261847	10, 202702
l tang ☊ C =	9, 864190	9, 821052
l ſin C c =	10, 126037	10, 023754
Ergo lat. helioc. C c =	36, 44, 20	39, 24, 10.
& ☊ C =	1ˢ, 23, 12, 0	1, 16, 34, 0
addatur longitudo ☊ =	1, 15, 24, 41	1, 16, 20, 45
Long. helioc. Cometæ =	3, 8, 36, 41	3, 2, 54, 45
Long. helioc. terræ =	4, 29, 30, 40	1, 29, 30, 40
Ang. TS c =	1, 20, 53, 59	1, 26, 35, 55
ſumma ang. =	129, 6, 1	123, 24, 5
ſemi ſumma =	64, 33, 0	61, 42, 2
l S C =	4, 661917	4, 669659
l ſin C S c =	9, 776824	9, 802615
l coſ C S c =	9, 903833	9, 888012

Fig. 12.

Q 3 l C c =

	A	B
l Cc =	4, 438741	4, 472274
l Sc =	4, 565750	4, 557671
a lST =	4, 995309	4, 995309
l tang: =	10, 429559	10, 437638
ang:	69,35,57	69,56,42
ſubtr.	45	45
	24,35,57	24,56,42
l tang:	9, 660692	9, 667583
l tang ½ ſummæ:	10, 322480	10, 268869
l tang ſemid:	9, 983172	9, 936452
ſemi diff:	43,53,25	40,49,25
ſemi ſumma:	64,33, 0	61,42, 2
ang. STc =	20,39,35	20,52,37
Addatur longitudo Solis	10,29,30,40	10,29,30,40
Longitudo Cometæ Geoc.	11,20,10,15	11,20,23,17

Cum igitur longitudo cometæ obſervata ſit: 11ſ, 19°, 57′, 0″ vera orbita extra hos limites cadere videtur, ita ut ſtatui deberet Gg = 96000. Videamus ergo quoque latitudinem, eſt autem Tc = $\frac{Sc \sin TSc}{\sin STc}$.

	A	B
l Sc =	4, 565750	4, 557671
ſub l ſin STc =	9, 547550	9, 551890
	5, 018200	5, 005781
add l ſin TSc =	9, 889887	9, 921600
l Tc =	4, 908087	4, 927381
a l Cc =	4, 438741	4, 472274
l tang lát:	9, 530654	9, 544893
Lat. Geocentrica:	18°,44′,50″	19°,19′,30″

Cum

Cum igitur latitudo geocentrica eſſet obſervata 19°, 10′, 56″, orbita vera intra limites hoſce contineri deberet: Videtur autem latitudini plus ſidi oportere, quam longitudini; ſin autem utrique æqualiter fidere velimus, aberrationesque in utramque æqualiter diſtribuere, tum hypotheſis A veram orbitam cometæ præbere eſſet cenſenda. Quoniam vero quoque error in obſervationibus tribus aſſumtis ineſſe poteſt, qui etiamſi ſit minimus, tamen notabile diſcrimen in orbitam inferat, plus affirmare non licet, quam hos duos limites proxime ad veritatem accedere.

Interim tamen hoc tuto concludi poſſe videtur, orbitam cometæ neque hyperbolam eſſe, neque parabolam, ſed ellipſin vehementer oblongam: unde ſtatum habebit tempus periodicum. Erit enim diſtantia aphelii a ſole $= \frac{ab}{2a-b}$, tum ſemi axis transverſus $= \frac{aa}{2a-b} = c$

	A	B
Ergo a $2la =$	8, 712484	4, 680828
ſubtr. $l(2a-b) =$	2, 632458	1, 924280
lc	6, 080026	6, 756548
$l\sqrt{c} =$	3, 040013	3, 378274
unde $lc\sqrt{c} =$	9, 120039	10, 134822
ſubtr. $lc\sqrt{c} =$	7, 500000	7, 500000
Hinc tempus periodicum Cometæ prodiret	1, 620039	2, 634822
annorum:	41, $\frac{88}{100}$	431, $\frac{34}{100}$

Cometa denique in ſuo perihelio propius ad ſolem acceſſit, quam Mercurius, dum in ſuo perihelio verſatur. Hoc enim tempore

tempore diſtantia mercurii a ſole eſt = 30740, & quia medium inter utramque hypotheſin ſumendo diſtantia Cometæ in perihelio erat circiter 22000, illa ad hanc rationem proxime habebit ut 7 ad 5.

Definiamus vero adhuc tempus, quo cometa per ſuum nodum deſcendentem tranſierit; quo tempore erat ejus anomalia vera.

	A	B
$v =$	27°,31′,12″	28°,21′,52″

Cum autem angulus $\frac{1}{2} v$ fiat ſatis parvus, valor ipſius $t + \frac{1}{3} t^3 +$ &c. proxime ex hypotheſi parabolæ reperietur, fietque.

$l\,(t + \frac{1}{3} t^3 + \&c.) =$	9, 397478	9, 411748
add $l \frac{aa}{m\sqrt{b}} =$	0, 951359	0, 925975
	0, 348837	0, 337723
Tempus a Perihelio in diebus =	2, 2327	2, 1764
ſeu =	$2^d, 5^h, 45'$	$2^d, 4^h, 13'$
Addatur temp. Perih. Mart.	1, 12, 52	1, 16, 28
Cometæ per nodum deſcendentem tranſiit A. 1744 Martio	$3^d, 18^h, 37$	$3^d, 20^h, 41'$

Quare cometa die quarto menſis martii circa ortum ſolis per eclipticam auſtrum verſus eſt transgreſſus; motus ergo circa ſolem fuit celerrimus, quia duobus diebus fere 30 gradus in orbita ſua abſolvit. Tempus quo Cometa per nodum aſcendentem tranſiit tam accurate definiri nequit, quia ob ingentem anomaliam veram 151°, minimus error in orbita ingens diſcrimen producere valet. Interim ex limite B colligitur cometa per nodum aſcendentem tranſiiſſe. A. 1743. Menſis Auguſti die ſeptimo.

Quan-

Quanquam orbita cometæ hoc modo inventa parum a veritate diſcrepat, tamen per easdem, quibus uſus ſum obſervationes multo accuratius poteſt determinari eo modo, quem expoſui in Miſcell. Berol. Volumine VII. ubi oſtendi, quemadmodum, ſi orbita cometæ jam fere ſit cognita, ea per obſervationes corrigi debeat. Fingamus ergo orbitam a veritate parum diſcrepantem parabolicam; quæ contineatur his conditionibus

	Orbita ficta	ſitque orbita vera
Perihel. a ſole	22000	$22000 - \alpha$
ratio *b* : *a*	2 : 1	$2 - \frac{\beta}{10000} : 1$
Com. in Perih. Mart.	$1^d, 6^h, 0'$	$1^d, 6^h, \gamma'$
Diſt. Perih. a ☊	151°,	$151°, \delta'$
Long. hel. ☊	1^s, 16°	$1^s, 16° - \varepsilon'$
Incl. Orbitæ	45°	$45° + \zeta$.

Ut jam valores litterarum α, β, γ, δ, ε & ζ determinem, ſex conſtituo hypotheſes, quarum quælibet unica conditione ab orbita ficta diſcrepet. ſintque:

Hyp. I	Hyp. II	Hyp. III	Hyp. IV	Hyp. V	Hyp. VI
22000	22000	22000	22000	21000	22000
2 : 1	2 : 1	2 : 1	2 : 1	2 : 1	$2 - \frac{50}{10000} : 1$
$1^d, 6^h$	$1^d, 6^h$,	$1^d, 6^h$	$1^d, 18^h$	$1^d, 6^h$	$1^d, 6^h$
151°	151°	152°	151°	151°	151°
1^s, 16°	1^s, 15°	1^s, 16°	1^s, 16°	1^s, 16°	1^s, 16°
50°	45°	45°	45°	45°	45°

His conſtitutis eligo quatuor obſervationes omni cura inſti-

tutas, ad earumque tempora ex ficta orbita atque ex hypotheſibus investigo longitudinem & latitudinem geocentricam cometæ; atque ex discrimine ſingularum hypotheſium ab orbita ficta colligi poterit locus cometæ, quem orbita vera eſſet datura; qui cum obſervato comparatus dabit æquationem. Quoniam vero tantum ſex opus eſt æquationibus, ex quatuor illis obſervationibus duas latitudines rejiciamus, quippe quæ per reliqua ſponte determinantur. Hoc modo cum abſolviſſem calculum ſatis moleſtum, quem ob prolixitatem hic prætermitto, ſex ſequentes æquationes ſum adeptus:

I. Ex longitudine Dec. 13^d, 8^h, $40'$ obſervata:

$$483\zeta + 9383\epsilon - 6366\delta - 46\gamma + 335\alpha + 4220\beta - 41000 = 0$$

II. Ex longitudine Jan. 3^d, 6^h, $17'$ obſervata

$$1550\zeta + 6116\epsilon - 3716\delta - 130\gamma + 179\alpha + 3620\beta - 124000 = 0$$

III. Ex latitudine Jan. 3^d, 6^h, $17'$ obſervata

$$1260\zeta - 1566\epsilon + 6866\delta - 88\gamma - 495\alpha - 1380\beta - 421000 = 0$$

IV. Ex longitudine Jan. 18^d, 7^h, $57'$ obſervata

$$1517\zeta + 3883\epsilon - 1233\delta - 188\gamma + 63\alpha + 2640\beta - 156000 = 0$$

V. Ex latitudine Jan. 18^d, 7^h, $57'$ obſervata

$$1257\zeta - 1566\epsilon + 5583\delta - 86\gamma - 459\alpha - 1100\beta - 378000 = 0$$

VI. Ex longitudine Febr. 18^d, 6^h, $43'$ obſervata

$$1140\zeta - 1817\epsilon + 1733\delta - 544\gamma - 250\alpha + 560\beta - 131000 = 0$$

Ex his ſex æquationibus oriuntur ſex ſequentes valores ipſius ζ.

$$0 = \zeta + 19{,}426\varepsilon - 13{,}180\delta - 0{,}0952\gamma + 0{,}6936\alpha + 8{,}737\beta - 84{,}886$$
$$0 = \zeta + 3{,}946\varepsilon - 2{,}397\delta - 0{,}0838\gamma + 0{,}1154\alpha + 2{,}335\beta - 80{,}000$$
$$0 = \zeta - 1{,}243\varepsilon + 5{,}449\delta - 0{,}0705\gamma - 0{,}3930\alpha - 1{,}100\beta - 334{,}127$$
$$0 = \zeta + 2{,}559\varepsilon - 9{,}813\delta - 0{,}1239\gamma + 0{,}0415\alpha + 1{,}740\beta - 102{,}834$$
$$0 = \zeta - 1{,}246\varepsilon + 4{,}442\delta - 0{,}0684\gamma - 0{,}3651\alpha - 0{,}875\beta - 300{,}716$$
$$0 = \zeta - 1{,}594\varepsilon + 1{,}520\delta - 0{,}4772\gamma - 0{,}2193\alpha + 0{,}291\beta - 114{,}912$$

ſubtrahantur ſingulæ æquationes a prima eritque

$$0 = 15{,}480\varepsilon - 10\,783\delta - 0{,}0114\gamma + 0{,}5782\alpha + 6{,}402\beta - 4{,}886$$
$$0 = 20{,}699\varepsilon - 18{,}629\delta - 0{,}0247\gamma + 1{,}0866\alpha + 9{,}837\beta + 249{,}241$$
$$0 = 16{,}867\varepsilon - 12{,}367\delta + 0{,}0287\gamma + 0{,}6521\alpha + 6{,}997\beta + 17{,}948$$
$$0 = 20{,}672\varepsilon - 17{,}622\delta - 0{,}0268\gamma + 1{,}0587\alpha + 9{,}612\beta + 215{,}830$$
$$0 = 21{,}020\varepsilon - 14{,}700\delta + 0{,}3820\gamma + 0{,}9189\alpha + 8{,}246\beta + 30{,}026$$

hinc oriuntur quinque valores pro ε,

$$0 = \varepsilon - 0{,}6966\delta - 0{,}0007\gamma + 0{,}0373\alpha + 0{,}4135\beta - 0{,}3156$$
$$0 = \varepsilon - 0{,}9013\delta - 0{,}0012\gamma + 0{,}0526\alpha + 0{,}4776\beta + 12{,}0587$$
$$0 = \varepsilon - 0{,}7332\delta + 0{,}0017\gamma + 0{,}0387\alpha + 0{,}4148\beta + 1{,}0641$$
$$0 = \varepsilon - 0{,}8525\delta - 0{,}0013\gamma + 0{,}0512\alpha + 0{,}4650\beta + 10{,}4410$$
$$0 = \varepsilon - 0{,}6993\delta + 0{,}0182\gamma + 0{,}0437\alpha + 0{,}3923\beta + 1{,}4284$$

Subtrahantur ab ultimo omnes reliqui, atque orientur quatuor ſequentes æquationes.

$$0 = 0{,}0189\gamma - 0{,}0027\delta + 0{,}0064\alpha - 0{,}0212\beta + 1{,}7440$$
$$0 = 0{,}0194\gamma + 0{,}2020\delta - 0{,}0089\alpha - 0{,}0853\beta - 10{,}6303$$
$$0 = 0{,}0165\gamma + 0{,}0339\delta + 0{,}0050\alpha - 0{,}0225\beta + 0{,}3643$$
$$0 = 0{,}0195\gamma + 0{,}1532\delta - 0{,}0075\alpha - 0{,}0727\beta - 9{,}0126$$

 inveni-

invenientur ergo quatuor valores pro γ.

$$0 = \gamma - 0{,}1428\,\delta + 0{,}3386\,\alpha - 1{,}1217\,\beta + 92{,}275$$
$$0 = \gamma + 10{,}4124\,\delta - 0{,}4587\,\alpha - 4{,}4890\,\beta - 547{,}950$$
$$0 = \gamma + 0{,}2054\,\delta - 0{,}3030\,\alpha - 1{,}3636\,\beta + 22{,}078$$
$$0 = \gamma + 7{,}8564\,\delta - 0{,}3846\,\alpha - 3{,}7282\,\beta - 162{,}485$$

Subtrahantur prima ac tertia a ſecunda itemque prima a quarta.

$$0 = 10{,}5552\,\delta - 0{,}7973\,\alpha - 3{,}3673\,\beta - 640{,}225$$
$$0 = 10{,}2070\,\delta - 0{,}7617\,\alpha - 3{,}1254\,\beta - 570{,}028$$
$$0 = 7{,}9992\,\delta - 0{,}7232\,\alpha - 2{,}6065\,\beta - 554{,}460$$

Unde tres valores ipſius δ deducuntur:

$$\delta = 0{,}07554\,\alpha + 0{,}31902\,\beta + 60{,}655$$
$$\delta = 0{,}07462\,\alpha + 0{,}30620\,\beta + 55{,}846$$
$$\delta = 0{,}09041\,\alpha + 0{,}32585\,\beta + 69{,}315$$

ſubtrahatur medius ab utroque, eritque:

$$0 = 0{,}00092\,\alpha + 0{,}01282\,\beta + 4{,}809$$
$$0 = 0{,}01579\,\alpha + 0{,}01965\,\beta + 13{,}469$$

hincque bini valores pro β naſcuntur:

$$\beta = -0{,}07176\,\alpha - 375{,}118$$
$$\beta = -0{,}80356\,\alpha - 685{,}492$$

ſubtrahatur poſterior a priori eritque

$$0{,}73180\,\alpha + 310{,}374 = 0$$

Hinc

unde	$\alpha = - 424,125$	$l - \alpha = 2,627493$
hincque	$\beta = - 344,680$	$l - \beta = 2,537416$
	$\delta = - 81,345$	$l - \delta = 1,910331$
	$\gamma = - 346,889$	$l - \gamma = 2,540190$
	$\varepsilon = + 101,755$	$l + \varepsilon = 2,007555$
	$\zeta = + 311,44$	$l + \zeta = 2,493374$

Hinc ergo ob β negativum fiet orbita cometæ hyperbola ſequentibus ſex conditionibus determinata.

Diſtantia perihelii a Sole a =	22424
ratio $b : a$ =	$2 + \frac{344}{10000} : 1$
Ergo ſemilatus rectum b =	45619
Cometa per Perihelium tranſiit A. 1744. Mart.	$1^d, 0^h, 14'$
Diſt. Perihelii a ☊	$149^\circ, 39'$
Long. helioc. Nodi ☊	$1^s, 17^\circ, 41'$
Inclinatio orbitæ	$50^\circ, 11'$

Patet autem has determinationes maxime pendere a bonitate obſervationum, in quibus ſi vel minimum eſſet aberratum, orbita, quæ hic prodiit hyperbola, facile in ellipſin transmutari potuiſſet. Tum vero calculus quoque ſumma cura inſtitui debet, ita ut in locis, quæ ſingulæ hypotheſes præbent, ne minuta quidem ſecunda negligantur. Tantum laborem autem, niſi in obſervationibus tantam fiduciam collocare liceat, ſuſcipere operæ non eſt pretium. Quare mihi quidem methodum oſtendiſſe ſufficiat, cujus ope, ſi ac-

curatiſſimæ obſervationes ſuppetant, veræ orbitæ natura inveſtigari queat; quod negotium aliis expediendum relinquo.

Quoniam ergo ob defectum plurium obſervationum ſatis exactarum circa orbitæ naturam, utrum ſit in ſe rediens an in infinitum excurrens, nihil concludere licet, finem huic diſſertationi imponam, poſtquam quædam de hujus cometæ curſu tam obſervato quam futuro monuero. Primum igitur iſte cometa neque eclipticam neque æquatorem trajeciſſe viſus eſt, ſed quamdiu apparuit tam latitudinem quam declinationem habuit borealem, interim tamen ſi ad ejus tempus periodicum ſpectemus, quod ſi ullum eſt, plurium ſeculorum eſſe debet. Semeſtre tantum ſpatium in hemiſphærio boreali eſt verſatus, reliquo vero tot annorum ſpatio perpetuo in regione cœli auſtrali eſt commoratus. Deinde a 7 die Auguſti, quo per nodum ascendentem tranſiit usque ad Februarii diem 25 ab ecliptica receſſit, hinc vero curſu ſatis celeri jam die Martii 4to per nodum deſcendentem eſt transgreſſus, quæ ingens anomalia certe cum nulla alia theoria, præter Neutonianam, conſiſtere poteſt. Sub finem ergo apparitionis ejus via apparens vehementer a circulo cœli maximo deflexit: unde manifeſtum eſt, hunc cometam non in plano per centrum terræ tranſeunte eſſe motum. Cum in nodo deſcendente ver-

ſaretur

ſaretur, ſoli quidem propior fuit quam Mercurius, ab hoc vero tam parum fuit remotus, ut, ſi vim attractivam pro ratione molis habuerit, notabilis perturbatio in motu mercurii oriri debuiſſet: hoc enim tempore longitudo Cometæ heliocentrica erat, in Scorpii gradu 15, Mercurius vero in ejusdem ſigni gradu 26 hærebat; atque corpus cometæ, ſi diametrum apparentem eo tempore, quo in diſtantia ſolis a nobis erat remotus, ſtatuamus 1′, plusquam tricies corpus terræ ſuperavit. Quamobrem operæ pretium erit inveſtigare, utrum mercurius adhuc in motu ſuo cum tabulis aſtronomicis conſentiat, an vero perturbationem a cometa ſit paſſus.

Poſt Februarii diem ultimum, quo cometa adhuc ante ſolis ortum erat conſpicuus, penitus evanuit, cum ob ſolis vicinitatem, tum ob diminutam ejus latitudinem borealem. Quia enim poſt diem Martii quartum in hemisphærium auſtrale proceſſit, ante ortum ſolis non amplius ſupra horizontem noſtrum aſcendit. Quibus autem in cœli locis poſtea verſetur, ex his inventis ſatis accurate indicari poterit. Sic Aprilis die 15 iterum erit directus, & apparebit in 8vo Arietis gradu cum latitudine auſtrali 30° fere, & cum diſtantia a terra futura ſit paulo major quam ſolis, incolis terræ auſtralibus adhuc erit conſpicuus; qui poſt quartum diem martii hunc cometam ante ſolis ortum eximio

ſplendore

ſplendore videre debuerunt. Quareſi in his regionibus commorarentur Aſtronomi, diu adhuc poſt nos eundem cometam obſervare potuiſſent. Atque ſi eum exquiſitis tubis proſequerentur, fortaſſe ultra menſem Julium conſpicere poſſent, namque primo die Julii ejus longitudo eſſe debebit ♈ 27°, cum latitudine auſtrali 48°, ſexto autem die ſeptembris longitudo iterum erit ♈ 3°, cum latitudine 53°, ejus vero diſtantia a terra ſe habebit ad diſtantiam ſolis ut 2½ ad 1, unde niſi per bona teleſcopia vix ſpectari poterit. Hujusmodi autem obſervationes in regionibus terræ auſtralibus factæ maxime eſſent optandæ, cum ex iis facile omnia, quæ adhuc circa ejus orbitæ cognitionem deſiderantur, deduci ac ſuppleri poſſent. Utinam hoc tempore in capite bonæ ſpei idoneus aſtronomiæ cultor commoraretur, a quo iſtud ſupplementum expectare liceret.

Addita-

Additamentum.

I.

Cum ſuperiorem diſſertationem abſolviſſem, atque orbitæ cometæ determinationem ex obſervationibus initio commemoratis deductam ad Academiam Regiam Pariſinam miſiſſem; Celeb. Caſſinus, ut deſiderio meo theoriam per obſervationes comprobandi ſatisfaceret, omnes quas fecerat, obſervationes mecum benevole communicavit. Sunt autem ſequentes.

Pariſiis tempore apparente					Longitudo Cometæ obſervata				Latitudo obſervata B.		
1743.	Dec.	21^d,	6^h,	58$''$	0^s,	22°,	23$'$,	0$''$	16°,	18$'$,	57$''$
		30,	5,	54	0,	16,	29,	38	17,	12,	55
1744.	Jan.	1,	5,	41	0,	15,	19,	35	17,	23,	23
		3,	5,	28	0,	14,	11,	18	17,	32,	39
		4,	5,	21	0,	13,	38,	11	17,	37,	27
		5,	5,	14	0,	13,	5,	57	17,	42,	16
		6,	5,	8	0,	12,	34,	44	17,	46,	20
		7,	5,	2	0,	12,	3,	12	17,	51,	23
		8,	4,	55	0,	11,	33,	8	17,	55,	50
		10,	9,	42	0,	10,	24,	34	18,	5,	14
		11,	9,	1	0,	9,	58,	40	18,	9,	35
		12,	9,	11	0,	9,	31,	15	18,	13,	26
		13,	7,	52	0,	9,	5,	30	18,	17,	4
		16,	8,	43	0,	7,	45,	15	18,	30,	26
		17,	7,	41	0,	7,	20,	58	18,	34,	22
		18,	7,	0	0,	6,	56,	46	18,	38,	2

Febr.	1,	7,	55	0,	1,	9,	54	19,	34,	0
	3,	7,	49	0,	0,	18,	26	19,	42,	53
	7,	7,	55	11,	28,	16,	22	19,	53,	54
	10,	7,	17	11,	26,	32,	1	19,	56,	23
	11,	5,	47	11,	25,	52,	41	19,	57,	35
	12,	5,	51	11,	25,	12,	45	19,	56,	4
	13,	5,	39	11,	24,	28,	25	19,	53,	15
	15,	6,	46	11,	22,	46,	47	19,	44,	15
	16,	6,	19	11,	21,	54,	54	19,	36,	0
	17,	6,	30	11,	20,	55,	51	19,	23,	0
	18,	6,	3	11,	19,	54,	0	19,	10,	30
	23,	5,	34	11,	13,	12,	44	16,	41,	3
	24,	5,	47	11,	11,	36,	30	15,	48,	4
	25,	5,	22	11,	9,	52,	46	14,	39,	7
	29,	18,	44	11,	2,	31,	59	6,	28,	21

2. Primo quidem intuitu noſtra hujus cometæ theoria his obſervationibus mirifice confirmatur. Cum enim cometa ab initio apparitionis usque ad diem 18mum Februarii latitudinem fere eandem tenuiſſet, atque etiam ſecundum longitudinem ſatis tarde eſſet motus, hinc quaſi ſubito curſum eclipticam verſus inflectit, ſimulque ſecundum longitudinem motu citatiori progreditur. Ita igitur facile perſpicitur, quomodo cometa jam ante quartum Diem Martii ad eclipticam pervenire potuerit, uti theoria poſtulabat. Quin etiam ſi ad iſta obſervationum tempora ex orbita ante inventa cometæ loca ſupputentur, vix notabile diſcrimen deprehenditur: hincque adeo certe nobis concludere licet, affectiones orbitæ cometicæ detectas ad veritatem proxime accedere.

3. At

3. At vero quod caput rei eſt, & unde hoc additamentum eſt natum, iſtæ obſervationes adhiberi poſſunt, ad exiguas illas aberrationes, quibus orbita ſupra determinata adhuc laborat, emendandas, atque ad verum cometæ motum accuratiſſime definiendum. Hunc in finem ea ipſa methodus, quæ in hac diſſertatione eſt expoſita, hic quoque in uſu vocari poſſet; quia autem tria loca cometæ admodum vicina requirit, multitudo & inſigne obſervationum intervallum, quæ duæ res tamen maxime orbitis cometarum cognoſcendis inſerviunt, parum ſubſidii afferrent. Neque etiam hac methodo nunc amplius indigemus, cum orbita jam prope ſit nota, atque aliam dederimus methodum orbitas jam vero proximas per plures obſervationes corrigendi.

4. Interim tamen & hæc methodus, qua jam ſumus uſi ad curſum cometæ ex obſervationibus accuratius determinandum, non contemnendas habet difficultates. Primo enim nimis longum ac tædioſum calculum requirit, ac deinde multitudo incognitarum, quas ex aberrationibus definiri oportet non ſolum operationem reddit moleſtiſſimam, ſed etiam ob tot quantitates neglectas, minus certam. Quanquam enim iſtæ quantitates tam ſunt parvæ, ut ſingulæ ſine errore rejici poſſent, tamen eæ conjunctim ſumtæ, errorem notabilem procreare poſſunt. Hanc ob cauſam in aliam methodum inquiſivi, cujus ope orbita cometæ jam propemodum cognita non ſolum facilius & expeditius emendari queat, ſed quæ etiam pauciores in-

cognitas ad negotium abſolvendum requirat. Cum igitur hoc deſideratum aliquamdiu animo volviſſem, ſequentem methodum ſum aſſecutus, cujus ope ex datis tribus tantum cometæ obſervationibus quibuscunque orbita jam pæne cognita exactiſſime aſſignari poteſt.

5. Ne igitur ſex illa capita, quibus orbita cometæ determinatur, ſimul in computum inducantur, ex iis tantum aliquot tanquam cognita aſſumamus, unde ex dato quovis loco obſervato cometæ locus heliocentricus concludi queat. Hoc autem fieri poteſt ex poſitione lineæ nodorum, & inclinatione orbitæ ad eclipticam: his enim duobus tantum capitibus cognitis, ex quovis loco cometæ geocentrico ejus locus heliocentricus atque diſtantia a ſole definiri poteſt, quæ methodus pro planetis jam pridem eſt nota & paſſim explicata; interim tamen ob nimis parvam inclinationem orbitarum planetarum, niſi obſervationes ſint fere ad minuta ſecunda exactæ, tuto adhiberi nequit. Si enim inclinatio plane evaneſceret, tum hinc nihil prorſus concludi poſſet: ex quo facile colligitur, quo minor ſit orbitæ cujuspiam inclinatio, eo minus tuto hanc methodum adhiberi poſſe. Cum igitur cometarum orbitæ plerumque magnos angulos cum ecliptica conſtituant, ad eos hæc methodus maxime eſt accommodata, atque feliciſſimo ſucceſſu uſurpari poterit.

6. Si ergo aſſumamus poſitionem lineæ nodorum atque inclinationem orbitæ ad eclipticam eſſe datas, ex quovis come-

tæ loco obſervato ejus locum verum in cœlo aſſignare poterimus, ope ſequentis problematis. Quanquam autem hæ duæ res tantum prope ſunt cognitæ, ſolutio tamen iſtius problematis maximam afferet utilitatem, quoniam deinceps monſtrabo, quemadmodum per tres obſervationes eædem accuratius determinari queant.

Problema I.

Datis orbitæ cometæ interſectione cum ecliptica & ejus inclinatione ad eam, ad datum quodvis tempus, quo longitudo & latitudo cometæ geocentrica eſt obſervata, ejus locum verum heliocentricum cum ejus a ſole diſtantia invenire.

Solutio.

7. Computetur ad tempus propoſitum locus ſolis, ſitque diſtantia terræ a ſole $ST = c$. Denotet ſcilicet S ſolem, T terram, ſitque SN linea nodorum, cujus poſitio cum ſit data, dabitur angulus TSN qui ponatur $= s$. Deinde ducatur ſecundum longitudinem cometæ obſervatam recta TN lineam nodorum interſecans in N, eritque angulus STN differentia longitudinum ſolis & cometæ, & propterea datus. Poſito ergo angulo hoc $STN = t$, erit angulus $SNT = 180° - s - t$, qui ponatur $= n$. Hinc in triangulo STN ob omnes angulos cum latere $ST = c$ cognitos, reperietur $TN = \frac{ST \sin s}{\sin n}$ & $SN = \frac{ST \sin t}{\sin n}$. His præparatis ſit C locus cometæ Fig. 1

verus

verus in ſublimi poſitus, unde ad planum eclipticæ TSN demittatur perpendiculum Cc, eritque CTc latitudo cometæ geocentrica, quæ ſi ponatur $= p$, erit ang. CT$c = p$. Tum ſi ex c ad SN ducatur perpendicularis cP jungaturque recta CP, repræſentabit angulus CPc inclinationem orbitæ ad Eclipticam, ponatur ea $= i$, eritque CP$c = i$. Ex his conſiderationibus determinabitur punctum c. Poſita enim $c\mathrm{N} = x$; & $\mathrm{TN} = \frac{c \text{ ſin } s}{\text{ſin } n} = a$, erit $\mathrm{T}c = a - x$. Deinde in triangulo cNP fiet $c\mathrm{P} = x \text{ ſin } n$, & ex triangulo CP$c$ fiet $\mathrm{C}c = x \text{ ſin } n. \text{ tang } i$. At ex triangulo CT$c$ ſequitur $\mathrm{C}c = (a-x) \text{ tang } p$; quibus duobus valoribus æquatis reperitur $x = \frac{a \text{ tang } p}{\text{tang } p + \text{ſin } n. \text{tang } i} = c\mathrm{N}$ & $\mathrm{T}c = \frac{a \text{ ſin } n. \text{ tang } i}{\text{tang } p + \text{ſin } n. \text{tang } i}$ $= \frac{c \text{ ſin } s. \text{ tang } i}{\text{tang } p + \text{ſin } n. \text{tang } i}$ hincque $\mathrm{TC} = \frac{c \text{ ſin } s. \text{ tang } i}{\text{ſin } p + \text{ſin } n. \text{coſ } p \text{ tang } i}$ quæ eſt diſtantia cometæ a terra. Porro vero invento $c\mathrm{N} = x$, habebitur $\mathrm{PN} = x \text{ coſ } n$ & $c\mathrm{P} = x \text{ ſin } n$; cognosceturque $\mathrm{SP} = \mathrm{SN} - \mathrm{NP}$; unde oritur tang $c\mathrm{SN} = \frac{c\mathrm{P}}{\mathrm{SP}}$, cognitoque angulo cSN erit $\mathrm{S}c = \frac{c\mathrm{P}}{\text{ſin } c\mathrm{SN}} = \frac{\mathrm{SP}}{\text{coſ } c\mathrm{SN}}$. Tum vero erit tang $\mathrm{CS}c = \frac{\mathrm{C}c}{\mathrm{S}c}$; ſicque innoteſcit latitudo heliocentrica CSc, ex qua efficitur diſtantia cometæ a ſole $\mathrm{SC} = \frac{\mathrm{C}c}{\text{ſin } \mathrm{CS}c} = \frac{\mathrm{S}c}{\text{coſ } \mathrm{CS}c}$. Denique cum ſit $\frac{\mathrm{SP}}{\mathrm{SC}} =$ coſ

CSN;

C S N, hic angulus indicabit elongationem cometæ helio-centricam a nodo N, in ſua orbita. Cum igitur planum orbitæ cometæ detur, ex angulo N S C & recta S C definitur locus cometæ verus heliocentricus. Q. E. J.

Coroll. 1.

8. Cum ſit $a = \frac{c \sin s}{\sin n}$, erit $x = cN = \frac{c \sin s \operatorname{tang} p}{\sin n (\operatorname{tang} p + \sin n \operatorname{tang} i)}$ & $cP = \frac{c \sin s \operatorname{tang} p}{\operatorname{tang} p + \sin n \operatorname{tang} i}$; ideoque $CP = \frac{c \sin s \operatorname{tang} p : \cos i}{\operatorname{tang} p + \sin n . \operatorname{tang} i}$. Tum vero erit $PN = \frac{c \sin s \operatorname{tang} p \cot n}{\operatorname{tang} p + \sin n \operatorname{tang} i}$, qui valor ſubtractus ab $SN = \frac{c \sin t}{\sin n}$ relinquit $SP = \frac{c (\sin t \operatorname{tang} p + \sin n . \sin t . \operatorname{tang} i - \cos n . \sin s \operatorname{tang} p)}{\sin n (\operatorname{tang} p + \sin n \operatorname{tang} i)}$. At ob $\sin t = \sin n \cos s + \cos n . \sin s$, habebitur $SP = \frac{c (\cos s \operatorname{tang} p + \sin t \operatorname{tang} i)}{\operatorname{tang} p + \sin n \operatorname{tang} i}$.

Coroll. 2.

9. Quia igitur $\frac{CP}{SP}$ dat tangentem anguli CSN, erit

$$\operatorname{tang} CSN = \frac{\sin s \operatorname{tang} p}{\cos i \cos s \operatorname{tang} p + \sin t \sin i}.$$

Hinc ergo erit

$$\cot CSN = \frac{\cos i}{\operatorname{tang} s} + \frac{\sin t \sin i}{\sin s \operatorname{tang} p}.$$

Ex ſolis ergo angulis cognitis s, t, i, & p invenitur elongatio cometæ a nodo ſeu angulus CSN.

Coroll. 3.

Coroll. 3.

10. Invento angulo CSN, ponatur iſte angulus CSN $= m$, ut ſit $\cot m = \frac{\operatorname{coſ} i}{\operatorname{tang} s} + \frac{\operatorname{ſin} t \operatorname{ſin} i}{\operatorname{ſin} s \operatorname{tang} p}$, fiet $\frac{\operatorname{ſin} i}{\operatorname{tang} p}$ $= \frac{\operatorname{ſin} s \cot m}{\operatorname{ſin} t} - \frac{\operatorname{ſin} s \operatorname{coſ} i}{\operatorname{ſin} t \operatorname{tang} s}$. Cum igitur inventum ſit CP $= \frac{c \operatorname{ſin} s \operatorname{tang} p : \operatorname{coſ} i}{\operatorname{tang} p + \operatorname{ſin} n . \operatorname{tang} i} = \frac{c \operatorname{ſin} s}{\operatorname{coſ} i + \operatorname{ſin} n . \operatorname{ſin} i : \operatorname{tang} p}$, ſi hic valor ille loco $\frac{\operatorname{ſin} i}{\operatorname{tang} p}$ ſubſtituatur, erit CP $=$ $\frac{c \operatorname{ſin} t}{\operatorname{coſ} i \operatorname{coſ} n + \operatorname{ſin} n . \cot m}$.

Coroll. 4.

11. Quia porro $\frac{CP}{\operatorname{ſin} m}$ dat diſtantiam cometæ a ſole SC erit $CS = \frac{c \operatorname{ſin} t}{\operatorname{ſin} m . \operatorname{coſ} n . \operatorname{coſ} i + \operatorname{ſin} n . \operatorname{coſ} m}$. Hincque ex diſtantia terræ a ſole $ST = c$, & angulis m, n, i & t reperitur diſtantia cometæ a ſole CS. At vero ob $\operatorname{ſin} m . \operatorname{coſ} n =$ $\frac{1}{2} \operatorname{ſin} (m+n) + \frac{1}{2} \operatorname{ſin} (m-n)$; $\operatorname{coſ} m . \operatorname{ſin} n = \frac{1}{2} \operatorname{ſin} (m+n) - \frac{1}{2} \operatorname{ſin}$ $(m-n)$ atque $\frac{1 + \operatorname{coſ} i}{2} = (\operatorname{coſ} \tfrac{1}{2} i)^2$ & $\frac{1 - \operatorname{coſ} i}{2} = (\operatorname{ſin} \tfrac{1}{2} i)^2$ erit

$$CS = \frac{c \operatorname{ſin} t}{\operatorname{ſin} (m+n) (\operatorname{coſ} \tfrac{1}{2} i)^2 - \operatorname{ſin} (m-n) (\operatorname{ſin} \tfrac{1}{2} i)^2}.$$

Coroll. 5.

12. Commodiſſime ergo calculus inſtituetur, quærendo primum has quantitates:

cot.

$$\cot CSN = \frac{\operatorname{coſ} i}{\operatorname{tang} s} + \frac{\operatorname{ſin} t . \operatorname{ſin} i}{\operatorname{ſin} s \operatorname{tang} p}$$

$$\frac{ST}{CP} = \frac{\operatorname{coſ} i}{\operatorname{ſin} s} + \frac{\operatorname{ſin} n . \operatorname{ſin} i}{\operatorname{ſin} s . \operatorname{tang} p}$$

Quibus inventis erit $SC = \frac{CP.}{\operatorname{ſin} CSN}$.

Coroll. 6.

13. Inventa autem recta CP ſtatim innoteſcet diſtantia cometæ a terra CT. Cum enim ſit $\operatorname{ſin} p = \frac{Cc}{cT}$ & $\operatorname{ſin} i = \frac{Cc}{CP}$ erit $\frac{\operatorname{ſin} p}{\operatorname{ſin} i} = \frac{CP}{CT}$ ideoque $CT = \frac{CP. \operatorname{ſin} i}{\operatorname{ſin} p}$. Ad inſtitutum autem noſtrum diſtantia cometæ a terra non indigemus

Coroll. 7.

14. Si cometa in ipſa ecliptica obſervetur, ita ut ejus latitudo geocentrica p ſit nulla, fiet cot $CSN = \infty$ ideoque ipſe angulus CSN evaneſcet. Verſabitur ergo Cometa in ipſo puncto N, eritque ejus diſtantia a ſole $= \frac{c \operatorname{ſin} t}{\operatorname{ſin} n}$.

Coroll. 8.

15. Si terra in ipſa linea nodorum verſetur, fiet angulus $TSN = s = o$. Quo caſu & CP & angulus CSN evaneſcere videtur. At vero hoc caſu quoque fiet $\operatorname{tang} p + \operatorname{ſin} n . \operatorname{tang} i = o$, ita ut nihilominus lineæ cP & CP finitum valorem retineant. Quantæ autem ſint iſtæ lineæ una cum angulis hoc caſu definiri nequit. Quanquam autem hujusmodi obſervatio-

nes ad præſens inſtitutum inutiles videntur, tamen eæ inſervient, ſi poſitio lineæ nodorum jam fuerit cognita, ad inclinationem orbitæ accurate definiendam, erit enim tang $= -\frac{\text{tang } p}{\text{ſin } n}$: unde ad orbitas planetarum determinandas inſignis uſus redundat.

Coroll. 9.

16. Si fiat angulus $n = o$, quod evenit, ſi longitudo cometæ geocentrica congruat cum longitudine nodi heliocentrica, erunt ſinus angulorum s & t æquales, habebiturque diſtantia cometæ a terra $TC = \frac{c \text{ ſin } s \text{ tang } i}{\text{ſin } p}$, & cot $CSN = \frac{\text{coſ } i}{\text{tang } s} + \frac{\text{ſin } i}{\text{tang } p}$ atque $\frac{ST}{CP} = \frac{\text{coſ } i}{\text{ſin } s}$ ſeu $CP = \frac{\text{ſin } s}{\text{coſ } i} \cdot ST$.

Coroll. 17.

17. Si cometa in oppoſitione vel conjunctione ſolis ſecundum longitudinem fuerit obſervatus, erit ſin $t = o$: hoc ergo caſu habebitur cot. $CSN = \frac{\text{coſ } i}{\text{tang } s}$, atque $\frac{ST}{CP} = \frac{\text{coſ } i}{\text{ſin } s} + \frac{\text{ſin } i}{\text{tang } p}$ ob ſin n = ſin s.

Coroll. 11.

18. Si tandem inclinatio orbitæ cometæ ad eclipticam evaneſceret, ut eſſet $i = o$: tum neceſſe eſt ut quoque latitudo

titudo obſervata p ſit nulla, hocque ergo caſu ob fractionem $\frac{\text{ſin } i}{\text{tang } p}$ indefinitam nihil concludi poſſet.

Coroll. 12.

19. Niſi ergo tempore obſervationis locus terræ fuerit prope lineam nodorum, ex loco cometæ geocentrico obſervato ſemper ejus locus verus, hoc eſt elongatio ejus heliocentrica ab altero nodo una cum ejus diſtantia a ſole definiri poteſt.

20. Poſitis ergo linea nodorum & inclinatione orbitæ cognitis, ſi tria loca cometæ obſervata ad hunc calculum revocentur, invenientur tria loca cometæ vera in ſua orbita. Quam cum conſtet eſſe ſectionem conicam, cujus alter focus in ipſo centro ſolis ſit ſitus, ex iſtis tribus punctis inventis ſectio conica poterit determinari, quem in finem ſequens problema reſolvemus.

Problema II.

Datis tribus cometæ locis veris, una cum ejus diſtantiis a ſole, invenire ejus orbitam; hoc eſt poſitionem perihelii, ejus a ſole diſtantiam, atque quantitatem lateris recti.

Solutio.

21. Repræſentet planum tabulæ id ipſum planum in quo cometa movetur, in quo ſit S centrum ſolis & recta ☊ S ☋ linea nodorum ſeu interſectio hujus plani cum ecliptica. Sint F, G & H tria cometæ loca vera in ejus orbita, dabunturque primum diſtantiæ SF $= f$, SG $= g$ & SH $= h$; tum Fig. 2.

vero

vero per methodum præcedentem cognoſcuntur anguli F S ☋, G S ☋ & H S ☋; ex quibus ſit F S G $= \phi$ & F S H $= \Psi$. His datis contemplemur, quæ quæruntur, ſitque A orbitæ perihelium, A S C orbitæ axis, ad quem in F applicata normalis SB exhibebit ſemi-latus rectum. Ponatur AS $= a$, B S $= b$, ſitque angulus A S F $= v$, quæ eſt anomalia vera reſpondens loco F. Erit ergo A S G $= v + \phi$ & A S H $= v + \psi$. At ex ſectionum conicarum proprietatibus erit $f = \frac{ab}{a + (b-a)\,\text{coſ}\,v}$ unde ſit $a = \frac{bf\,\text{coſ}\,v}{b - f + f\,\text{coſ}\,v}$. Simili modo ex ſecundo loco G erit $a = \frac{bg\,\text{coſ}\,(v+\phi)}{b - g + g\,\text{coſ}\,(v+\phi)}$ atque ex tertio loco H habetur $a = \frac{bh\,\text{coſ}\,(v+\psi)}{b - h + h\,\text{coſ}\,(v+\psi)}$. Ex prima & ſecunda æquatione ſequitur $(b-g)f\,\text{coſ}\,v = (b-f)g\,\text{coſ}(v+\phi) = (b-f)$ $g\,(\text{coſ}\,v.\,\text{coſ}\,\phi - \text{ſin}\,v.\,\text{ſin}\,\phi)$; ac dividendo per coſ v proveniet $(b-g)f = (b-f)\,g\,\text{coſ}\,\phi - (b-f)\,g\,\text{ſin}\,\phi\,\text{tang}\,v$, unde obtinetur $\text{tang}\,v = \text{cot}\,\phi - \frac{f(b-g)}{g(b-f)}\,\text{coſec.}\,\phi = \frac{1}{\text{tang}\,\phi} - \frac{f(b-g)}{g(b-f)\,\text{ſin}\,\phi}$. Similiter prima æquatio cum tertia conjuncta dabit: tang v $= \frac{1}{\text{tang}\,\psi} - \frac{f(b-h)}{h(b-f)\,\text{ſin}\,\psi}$. Hisque binis ipſius tang v valoribus coæquatis erit $\frac{1}{\text{tang}\,\phi} - \frac{f(b-g)}{g(b-f)\,\text{ſin}\,\phi} = \frac{1}{\text{tang}\,\psi} - \frac{f(b-h)}{h(b-f)\,\text{ſin}\,\psi}$ ſeu

$\frac{b-f}{f \tang \phi} - \frac{b+g}{g \sin \phi} = \frac{b-f}{f \tang \psi} - \frac{b+b}{b \sin \psi}$: unde concluditur

$$b = \frac{\frac{1}{\tang \phi} - \frac{1}{\sin \phi} - \frac{1}{\tang \psi} + \frac{1}{\sin \psi}}{\frac{1}{f \tang \phi} - \frac{1}{g \sin \phi} - \frac{1}{f \tang \psi} + \frac{1}{b \sin \psi}},$$ quæ formula ad calculum ſatis eſt apta, faciliusque adhibebitur, quam conſtructiones geometricæ, quæ de hoc problemate paſſim inveniuntur. Invento igitur ſemi-latere recto b poſitio lineæ abſidum definietur ex angulo v, qui ex alterutra harum æquationum eruetur:

$$\tang v = \frac{1}{\tang \phi} - \frac{f(b-g)}{g(b-f)\sin \phi}; \quad \tang v = \frac{1}{\tang \psi} - \frac{f(b-b)}{b(b-f)\sin \psi}$$

Hincque denique aſſignari poterit diſtantia perihelii a ſole $a = \frac{bf \cos v}{b-f+f \cos v}$, ſicque orbita cometæ cognoſcetur. Q. E. J.

Coroll. 1.

22. Si ex æquatione ſupra inventa:

$$(b-g)f = (b-f)g \cos \phi - (b-f)g \sin \phi \tang v$$

loco tang v eliminemus b, reperitur, $b = \frac{fg - fg \cos \phi + fg \sin \phi \tang v}{f - g \cos \phi + g \sin \phi \tang v}$. Simili vero modo ex tertia obſervatione erit $b = \frac{fb - fb \cos \psi + fb \sin \psi \tang v}{f - b \cos \psi + b \sin \psi \tang v}$

Quibus inter ſe comparatis erit:

 $g(1-\cos \phi)$

$$\begin{array}{l} g(1-\operatorname{coſ}\varphi)(f-h\operatorname{coſ}\psi)+g(f-h\operatorname{coſ}\psi)\operatorname{ſin}\varphi\operatorname{tang}v \\ -h(1-\operatorname{coſ}\psi)(f-g\operatorname{coſ}\varphi)+gh(1-\operatorname{coſ}\varphi)\operatorname{ſin}\psi\operatorname{tang}v = v. \\ \qquad -h(f-g\operatorname{coſ}\varphi)\operatorname{ſin}\psi\operatorname{tang}v \\ \qquad -gh(1-\operatorname{coſ}\psi)\operatorname{ſin}\varphi\operatorname{tang}v \end{array}$$

ſeu $f(g-h)-g(f-h)\operatorname{coſ}\varphi+h(f-g)\operatorname{coſ}\psi+g(f-h)\operatorname{ſin}\varphi\operatorname{tang}v$ $-h(f-g)\operatorname{ſin}\psi\operatorname{tang}v=o$ unde invenitur

$$\operatorname{tang} v = \frac{f(h-g)-g(h-f)\operatorname{coſ}\varphi+h(g-f)\operatorname{coſ}\psi}{h(g-f)\operatorname{ſin}\Psi-g(h-f)\operatorname{ſin}\varphi},$$

Coroll. 2.

23. Si alter angulus φ æquetur duobus rectis ita ut rectæ F S, F G in directum ſint poſitæ ob ſin $\varphi = o$ & tang $\varphi = o$, fiet $h = \dfrac{\frac{1}{\operatorname{tang}\varphi}-\frac{1}{\operatorname{ſin}\varphi}}{\frac{1}{f\operatorname{tang}\varphi}-\frac{1}{g\operatorname{ſin}\varphi}} = \dfrac{\operatorname{coſ}\varphi-1}{\frac{\operatorname{coſ}\varphi}{f}-\frac{1}{g}}$. At eſt coſ $\varphi = -1$, unde erit $h = \dfrac{2fg}{f+g}$ quæ eſt eximia ſectionum conicarum proprietas jam quidem nota.

Coroll. 3.

24. Expreſſio autem generalis, quam pro valore ſemi-lateris recti invenimus, ſi ad lineas revocetur, ſequens ſuppeditabit theorema, naturam ſectionum conicarum non parum illuſtrans.

Theorema.

Fig. 3. *Si a tribus quibuscunque ſectionis conicæ punctis F. G. H ad ejus alterum focum S ducantur rectæ F S, G S, & H S atque duo eorum G & H cum tertio F jungantur rectis G F & H F, ac denique ex G ducatur recta G I K parallela ipſi F S ſecans rectas H F, H S.*

ſi opus

ſi opus eſt productas in I & K; erit G I ad SK + KG − SG uti S F ad ſemiſſem lateris recti.

Demonſtratio.

25. Vocentur ut ante diſtantiæ $FS = f$; $GS = g$ & $HS = h$ itemque anguli $FSG = \varphi$ & $FSH = \psi$. Demittatur ex S in GIK perpendiculum SL, quod vocetur $= r$. Cum igitur anguli GSL, KSL, ſint complementa angulorum φ & ψ erit $GL = \frac{r}{\text{tang}\,\varphi}$; $KL = \frac{r}{\text{tang}\,\psi}$: $SG = \frac{r}{\text{ſin}\,\varphi}$ & $SK = \frac{r}{\text{ſin}\,\psi}$. Hinc $SK + KG - SG = \frac{r}{\text{ſin}\,\psi} + \frac{r}{\text{tang}\,\varphi} - \frac{r}{\text{tang}\,\psi} - \frac{r}{\text{ſin}\,\varphi}$. Ducatur KM parallela ipſi HF; erit $SH : SK = SF : SM$, ſeu $h : \frac{r}{\text{ſin}\,\psi} = f : SM$; unde fit $SM = \frac{fr}{h\,\text{ſin}\,\psi}$, ideoque $FM = IK = f - \frac{fr}{h\,\text{ſin}\,\psi} = \frac{fr}{r} - \frac{fr}{h\,\text{ſin}\,\psi}$. At ob $SG = \frac{r}{\text{ſin}\,\varphi} = g$ erit $r = g\,\text{ſin}\,\varphi$, hincque $IK = \frac{fr}{g\,\text{ſin}\,\varphi} - \frac{fr}{h\,\text{ſin}\,\psi}$. Quare $GI = GK - KI = \frac{r}{\text{tang}\,\varphi} - \frac{r}{\text{tang}\,\psi} - \frac{fr}{g\,\text{ſin}\,\varphi} + \frac{fr}{h\,\text{ſin}\,\psi}$. Cum igitur invenerimus eſſe

$$h = \frac{\frac{1}{\text{tang}\,\varphi} - \frac{1}{\text{ſin}\,\varphi} - \frac{1}{\text{tang}\,\psi} + \frac{1}{\text{ſin}\,\psi}}{\frac{1}{f\,\text{tang}\,\varphi} - \frac{1}{g\,\text{ſin}\,\varphi} - \frac{1}{f\,\text{tang}\,\psi} + \frac{1}{h\,\text{ſin}\,\psi}} =$$

$$\frac{\frac{r}{\text{tang}\,\varphi} - \frac{r}{\text{ſin}\,\varphi} - \frac{r}{\text{tang}\,\psi} + \frac{r}{\text{ſin}\,\psi}}{\frac{r}{\text{tang}\,\varphi} - \frac{r}{g\,\text{ſin}\,\varphi} - \frac{r}{\text{tang}\,\psi} + \frac{fr}{h\,\text{ſin}\,\psi}}\, f,$$ erit ſemi-latus rectum

$h =$

$b = \frac{SK + KG - SG}{GI} . SF$, ideoque GI: SF $=$ SK$+$KG$-$SG: ſemi-latus rectum. Q. E. D.

27. Hactenus temporum, quæ inter obſervationes effluxerunt nullam habuimus rationem. Nunc igitur cognita orbita ope præceptorum ſupra traditorum definiri poterunt tempora, quibus cometa a perihelio A, ad unumquodque trium punctorum F, G, & H pervenire debuit, hisque inventis prodibunt temporum intervalla inter obſervationes elapſa, quæ ſi cum temporibus obſervatis convenire deprehendantur, hoc certum erit ſignum, poſitionem lineæ nodorum atque inclinationem orbitæ cometæ ad eclipticam recte eſſe aſſumtas. Sin autem hæc tempora per calculum eruta cum obſervatis minus conguant, concludendum erit vel in aſſumtione lineæ nodorum, vel inclinationis vel utriusque eſſe aberratum. Qui error ſi fuerit ſatis parvus, debebit autem eſſe talis, ſi quidem hæc elementa jam per methodum primam proxime noverimus, ex ipſa aberrationis quantitate corrigi poterit. Et quia duo habemus temporum intervalla, quæ cum calculo comparari poſſunt, duæ reſultabunt comparationes, quæ ad utrumque errorem, qui forte ſint commiſſi, emendandum ſufficient. Ita igitur tres cometæ obſervationes ſufficient ad ejus orbitam vere cognoſcendam.

27. Poſtquam ergo ope methodi ante expoſitæ orbita cometæ jam propemodum fuerit determinata, exinde tam poſitio lineæ nodorum quam inclinatio orbitæ ad eclipticam ſatis exacte ad hoc inſtitutum cognoscentur; neque etiam opus erit illum

calculum

calculum ſummo ſtudio ad finem perducere, ſed ſufficiet ope conſtructionum geometricarum hæc momenta ſaltem circiter determinaviſſe; quo pacto totus labor mirifice contrahi poterit. Quando igitur eousque tantum fuerit perventum, ut certo ſciamus lineam nodorum una cum inclinatione ad eclipticam non multum a veritate abhorrere: ſtatim hac altera methodo uti licebit, quam in ſequente problemate explicabo.

Problema III.

Cognitis jam propemodum poſitione lineæ nodorum & inclinatione orbitæ cometæ ad eclipticam, veram cometæ orbitam ex tribus obſervationibus exacte determinare.

Solutio.

